



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Gm 19.65



**HARVARD
COLLEGE
LIBRARY**



BURWARD
BONNAGEN
REICHARD

Jan 19. 65

DE MAXIMO TYRIO, QUAESTIONES PHILOLOGAE SELECTAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESENDOS
SCRIPSBIT
HERMANNUS HOBEIN
HANNOVERANUS.

GOTTINGAE
MDCCXCV.

220

8171

67

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gm 19.65
Gm 19.65


Harvard College Library
By Exchange
31 Oct. 1896



De dissertationes probanda ad ordinem rettulit
U. de Wilamowitz-Moellendorf
Examen rigorosum habitum est die VII. mens. Decembr. a. h. e. XCIV


UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORF

S.



CONSPECTUS CAPITUM.

	pag.
Praefatio I. Quomodo adhuc viri docti de Maxime iudicaverint.	1
II. Quot modis de eo dici possit.	2
Pars I. De Maximi vita et scriptia.	
I. Quo philosophandi genere usus sit.	6
II. Qui fuerint, apud quae locutus est.	9
III. Quo dicendi ratione usus sit.	16
IV. Quomodo disposuerit quoque componendi genere usus sit.	24
Pars II. De fontibus Maximi.	
I. Quae ipsius Platonis scripta Maximus neverit. .	32
II. Quae e scholarum doctrina Platonica cognita habuerit.	39
III. De rationibus quibusdam Platonicis stoicis apud scriptores illius aetatis vulgatis.	53
IV. De praecoptis philosophia, quae ad vitam perti- nentes Maximus protulit.	63
V. Quae e stoicis in popularem philosophiam receptis ei nota fuerint.	69
Excursus. De libro quodam Academicō a Plutarchō aliquis exscripto	70—77
VI. De cynicorum doctrinae vestigiis apud Maximum. .	83
VII. Ex aequalibus scriptoribus quae legarit. . . .	90



Praefatio.

I.

Postquam animi levitatem quam putabat exiguitatemque ingenii indignatus Reiskius acri potius iudicio Maximum persecutus est quam aequo perpendit, neglectus est a philologia, quasi omnibus Reiskiani illius taedii aliquid attulisset: quaecumque de eo scripta inveni — brevissima pleraque, quaedam paulo copiosiora — opiniones sunt non tam studio ac ratione paratae quam legendo perceptae, nec non satis credebant, ut cuique vel vituperanda Maximi ars vel laudanda videbatur, de ea verba fecisse¹); itaque factum est, ut compositis, uti par est,

1) Reiskii verba exstant in Davisii editione altera ab illo curata (Lips. 1774) tom. I p. III. Viri docti qui de Maximo iudicaverunt hi sunt. D. Heinsius (ed. Lugd. Bat. 1614) Davisius (ed. Gantabr. 1703; in sec. ed. praefationis fragm. [Reisk. p. X] Cassaubonum Pantinum Cresolium Petitum Hemsterhusium Clericum laudatores Maximi enumeravit) Barthius (cf. Fabrielli bibl. Hamb. 1796 tom. V p. 515 sq.) Marklandus (ed. Reisk. p. XXVIII) Stolle (hist. d. heidnischen morale Ienae 1714) Brucker (hist. crit. philos. Lips. 1742 [vel 1766] tom. II p. 177) Nicolai (griech. litt. geach. bd. II p. 652) Pauly (realencycl. IV p. 1676) Volkmann (rhetorik p. 484) Christ (griech. litt. gesch. p. 514) Bernhardy (griech. litt. gesch. I p. 660) Champagny (Les Antonins. Paris 1868 tom. III p. 207 sq.) Boeckhius (encycl. u. methodol. Lips. 1877 p. 674; qui esterum hunc Tyrium cum Epirota qui dicitar vel Ephesio quodam Iuliani imperatoris aequali confundisse videtur; quem propter errorem iam Morelium olim castigaverunt vv. dd. Brucker Fabricius Davisius alli); praesertim Kaemmel (Max. d. Tyr. in Fleck. ann. 1871 tom. 104 p. 1 sq.) et Rohdich (de Max. Tyr. theologo diss. inaug. Bythomiae 1879). Mitte singularum orationum illas transcriptiones quas nominare maluerim quam iudicia de ipsis Maximi persona hic illie editas (velut Städelis gesch. d. moralphil. Hannov. 1822 p. 225 sq.) Krug philos. lax. tom. II p. 815. Champagny l. e. Denis (histoire des théories et des idées morales dans l'antiquité Paris 1856 tom. II passim) Martha (les moralistes sous l'empire Romain) Friedländer (sittengeschichte III p. 488. 565. 707) alii.

his iudicis tabula sit multis quidem, variisque coloribus inducta, sed qui nec consentiant inter se, neque unam picturam et perfectam efficiant. Totum autem opus est eum depingere, si recte et de ipso iudicare et illius actatis historiae eam partem, cuius pro exemplo easu nobis unus Maximus est, intellegere volumus. Sed non potest quisquam hunc laborem prospere puto subire, nisi alia quaestione simul soluta: cum sequiores illi scriptores, quorum Maximus est, numquam fere suis usi sint, unde sumpserint ea, quae protulerunt, nobis spectandum est, ut quomodo protulerint iuste aestimemus. De Maximo autem quae dicenda sunt vereor, ne in immenseum serpent; ac ne posse quidem mibi videor iam nunc omnia dicere; licet igitur quae-dam tamquam prolegomena eligere, quibus a lectoribus, penes quos est de talibus iudicium, probatis spero et illos amplius de Maximo agere mihi concessuros et me opus editurum esse praeclarissimo illo nomine dignius quam haec primitiae, non propter exigua sua, si sunt, merita, sed gratissimo ex animo summaeque pietatis ergo illi oblatae.

II.

Magna est quaestionum e quibus eligere possumus, in Maximo copia; sed ipse offert materiae et disponendae et eligendas facultatem quam apertissimam. Est ubi multum sese in artibus esse praeedicat atque admonet, ut qui audirent in qua quisque arte vellet instituendos se ipsi traderent²⁾; nec vana quam nostri putant haec iactatio; est cur fecerit causa plane perspicua: In multiitudine declamatorum de plausu vulgi decerantium cuique opus erat quam plurima promittere quam pulcherrimo loqui, si modo cordi erat vocem audiri; et fuere fortasse haud possimi semper quos reliquerunt qui circumstabant alium

2) orat. VII 7. Παρελθήνεν εἰς ὑμᾶς, ὡς νέοι, παρασκευῇ λόγων αὐτῆς πολύσους καὶ πολυμερῆς καὶ πόμφρος καὶ ἐπὶ πάσας ἔξικουμάνη ἀκοάς, καὶ πάσους φύσεις (ἀνθρώπων) καὶ πάσας ἡγεώσεις λόγων καὶ πάσας παιδευμάτων τάξεις εἰ. εἴτε τις ῥητορεῖς ἄρχ, οὗτος αὐτῷ δρόμος λόγου πρόχειρος καὶ παλιναρχής καὶ εὔκορος . . . εἴτε τις ποιητικῆς ἄρχ, ἡκέτω, πορισάμενος ἄλλοιςεν τὰ μέτρα μόνον, τὸν δὲ ἄλλην χορηγίαν λαμβανότω ἐντεῦθεν, τὸ σοβαρὸν . . . ἀλλὰ πολιτικῆς καὶ τῆς περὶ δῆμους καὶ βουλευτήρια παρασκευῆς ἥκεις ἐνθεῆς ἡν; σὺ μὲν καὶ (τρόπο) περιέργας τὸ ἔργον, ὅρχες τὸν δῆμον, ὅρχες τὸ βουλευτήριον, τὸν λέγοντα, τὴν παιδεῖαν, τὸ κράτος. ἀλλὰ τούτων μὲν τις ὑπερορχεῖ, φύλασσειται δὲ ἀσπάζεται καὶ ἀλλήσειν τυχεῖ; ἐντεῦθεν ὑφερέω τῆς μεγαλανχίας, ὑφίειται, οὐχ ὁ αὐτὸς εἶμι.

8171

67

HARVARD

UNIVERSITY

HARVARD LIBRARY

~~Sept 19. 65~~

Oct 19. 65

Harvard College Library
By Exchange
81 Oct. 1896



*De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
U. de Wilamowitz-Moellendorf
Examen rigorosum habitum est die VII. mens. Decembr. a. h. s. XCIV*


UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORF

S.



CONSPECTUS CAPITUM.

	pag.
Praefatio I. Quomodo adhuc viri docti de Maxime indicaverint.	1
II. Quot modis de eo dici possit	2
Pars I. De Maximi vita et scriptis.	
I. Quo philosophandi genere usus sit.	6
II. Qui fuerint, apud quos locutus est.	9
III. Quo dicendi ratione usus sit.	16
IV. Quomodo disposuerit quoque componendi genere usus sit.	24
Pars II. De fontibus Maximi.	
I. Quae ipsius Platonis scripta Maximus neverit . . .	32
II. Quae e scholarum doctrina Platonica cognita habuerit	39
III. De rationibus quibusdam Platonicis stoicis apud scriptores illius actatis vulgata.	53
IV. De praeceptis philosophia, quae ad vitam perti- nentes Maximus protulit	62
V. Quae e stoicis in popularem philosophiam receptis ei nota fuerint	69
Excursus. De libro quodam Academicoo a Plutarche aliisque exscripto	70—77
VI. De cynicorum doctrinae vestigiis apud Maximum.	83
VII. Ex aequalibus scriptoribus quos legerit	90



Praefatio.

I.

Postquam animi levitatem quam putabat exigitatemque ingenii indignatus Reiskius acri potius iudicio Maximum persecutus est quam aequo perpendit, neglectus est a philologia, quasi omnibus Reiskiani illius taedii aliquid attulisset: quaecumque de eo scripta inveni — brevissima pleraque, quaedam paulo copiosiora — opiniones sunt non tam studio ac ratione paratae quam legendo perceptae, nec non satis credebant, ut cuique vel vituperanda Maximi ars vel laudanda videbatur, de ea verba fecisse¹); itaque factum est, ut compositis, uti par est,

1) Reiskii verba exstant in Davisii editione altera ab illo curata (Lips. 1774) tom. I p. III. Viri docti qui de Maximo iudicaverunt hi sunt. D. Heinsius (ed. Lugd. Bat. 1614) Davisius (ed. Gantabr. 1703; in sec. ed. præfationis fragm. [Reisk. p. X] Casaubonum Pactinum Cresolium Petitum Hemsterhusium Clericus laudatores Maximi enumeravit) Barthius (cf. Fabricii bibl. Hamb. 1796 tom. V p. 515 sq.) Marklandus (ed. Reisk. p. XXVIII) Stolle (hist. d. heidnischen morale Ienae 1714) Brucker (hist. crit. philos. Lips. 1742 [vel 1766] tom. II p. 177) Nicolai (griech. litt. gesch. bd. II p. 653) Pauly (realencycl. IV p. 1676) Volkmann (rhetorik p. 484) Christ (griech. litt. gesch. p. 514) Bernhardy (griech. litt. gesch. I p. 660) Champagny (Les Antonins. Paris 1868 tom. III p. 307 sq.) Boeckhius (encycl. u. methodol. Lips. 1877 p. 674; qui esteram hunc Tyrium cum Epirota qui dicitar vel Ephesio quodam Iuliandi imperatoris aequali confundisse videtur; quem propter errorem iam Morelium olim castigaverunt vv. dd. Brucker Fabricius Davisius alli); præsertim Kaemmel (Max. d. Tyr. in Fleck. ann. 1871 tom. 104 p. 1 sq.) et Rohdich (de Max. Tyr. theologie diss. inaug. Bythomiae 1879). Mitte singularum orationum illas transcriptiones quas nominare maluerim quam iudicia de ipsis Maximi persona hic illis editas (velut Städtlin gesch. d. moralphil. Hannov. 1822 p. 225 sq.) Krug philos. lex. tom. II p. 815. Champagny I. e. Denis (histoire des théories et des idées morales dans l'antiquité Paris 1856 tom. II passim) Martha (les moralistes sous l'empire Romain) Friedländer (sitten-geschichte III p. 488. 565. 707) alia.

his iudicis tabula sit multis quidem variisque coloribus inducta,
sed qui neo consentiant inter se, neque unam picturam et perfectam
efficient. Totum autem epus est eum depingere, si recte et de ipso
iudicare et illius aetatis historiae eam partem, cuius pro exemplo
casu nobis unus Maximus est, intellegere volumus. Sed non potest
quisquam hunc laborem prospere puto subire, nisi alia quaestione simul
soluta: cum sequiores illi scriptores, quorum Maximus est, numquam
fere suis usi sint, unde sumpserint ea, quae protulerunt, nobis spectan-
dum est, ut quomodo protulerint iuste aestimemus. De Maximo
autem quae dicenda sunt vereor, ne in immensum serpent; ac ne
posse quidem mihi videor iam nunc omnia dicere; licet igitur qua-
dam tamquam prolegomena eligere, quibus a lectoribus, penes quos
est de talibus iudicium, probatis spero et illos amplius de Maximo
agere mihi concessuros et me opus editurum esse praeclarissimo illo
nomine dignius quam haec primitiae, non propter exigua sua, si
sunt, merita, sed gratissimo ex animo summaeque pietatis ergo illi
oblatae.

II.

Magna est quaestionum e quibus eligere possumus, in Maximo
copia; sed ipse offert materiae et disponendas et eligendae facultatem
quam apertissimam. Est ubi multum sese in artibus esse praedicat
atque admonet, ut qui audirent in qua quisque arte vellet instituendos
se ipsi traderent²); nec vana quam nostri putant haec iactatio; est
cur fecerit causa plane perspicua: in multitudine declamatorum de
plausu vulgi decertantium cuique opus erat quam plurima promittere
quam pulcherime loqui, si modo cordi erat vocem audiri; et fuere
fortasse haud pessimii semper quos reliquerunt qui circumstabant alium

2) orat. VII 7. Παρελήνεν εἰς ὑμᾶς, ὡς νέοι, παρασκευὴ λόγων αὕτη
πολύχους καὶ πολυμερῆς καὶ πολυφορος καὶ ἐπὶ πάσας ἔξινουμένη ἀκοὰς, καὶ
πάσις φύσεις (ἀνθρώπων) καὶ πάσας ζηλώσεις λόγων καὶ πάσας παιδευμάτων
ἴδεις εἰ. εἰτε τις φητορείας ἐρᾷ, οὗτος αὐτῷ δρόμος λόγου πρόχειρος καὶ πολυαρχῆς
καὶ εὐπαρος . . . εἰτε τις ποιητικῆς ἐρᾷ, ήκτε, πορισάμενος ἄλλοις τὸ μέτρα
μένον, τὸν δὲ ἄλλην χορηγίαν λαμβανότας ἐντεῦθεν, τὸ σοβαρὲν . . . ἀλλὰ ποιητικῆς
καὶ τῆς περὶ δῆμους καὶ βουλευτήρια παρασκευῆς ἥκεις ἐνθεῆς ἡνῶ; σὺ μὲν καὶ
(τοῦτο) περιέρχασας τὸ ἔργον, δρᾶς τὸν δῆμον, δρᾶς τὸ βουλευτήριον, τὸν λέγοντα,
τὴν παιδεῖαν, τὸ κράτος. ἀλλὰ τούτων μέν τις ὑπερορᾶ, φιλοσοφίαν δὲ ἀσπάζεται
καὶ ἀληθεῖαν τιμᾶ; ἐνταῦθα ὑφειρῶ τῆς μεγαλαυχίας, ὑφειματι, οὐκ ὁ αὐτός εἰμι.

audituri in blanditiis adhibendis magis effusum, suaviorem aurum voluptatem pollicitum³). Certe ne Maximo quidem ubique contigit, ut favorem audientium sibi conciliaret; ipse hoc cum dolore quodam questus est⁴); nec mirum igitur eum cum declamaturus Romanum veisset, ceterorum morem secutum summam parando auditorio sibi operam dedisse nec non ad ipsius laudationem artiumque quas calceret iactationem delapsum esse, quam adhuc spreverat et indignam viro gravi esse ipse adeo bene sentiebat ut excusationem adferret ex auditorii lentitudine petitam⁵). Sint ipsa verba sane nimis gloriae et magis procacia quam quae probemus, res minime dubia: coactus iactatione concertantium, quam multa ex ipso possent exspectare prenuntiat, neque est cur fictam esse artis poeticae politices orationes philosophiae peritiam qua gloriantur arbitremur. Immo servatam temimus scholarum quas promisit unam seriem XL orationes in codicibus complexam; unde sequitur re vera eum Romanis persuasisse, ut auditorium eius frequentarent; de philosophicis autem rebus scholaris suis quas adire illi constituebant, fortasse inde exortum est quod omnia quae philosophiae cuiusdam speciem praebebant, tum auctoritate quadam apud plebem florebant⁶); ipsius Maximi nil intererat quid ex se audire aut qua in re vellent institui: philosopharum dissertationum

3) cf. de his Dio Chrys. XIII 11 ἀνακηρύζουσι ξαντοὺς ὥσπερ οἱ Ὀλυμπίων κήρυκες; Epict. III 35 δεῖ . . παραληγῆναι τοὺς αἰκουσομένους καὶ οὐ ἐν κορψῷ στολὴ . . ἀναβάντα . . διαγράφειν et antea 7. 17 sq. Martha I. 2. p. 224.

4) VII 6. εἰ γάρ, ὡς οὐδὲ, ἔμων θετῶν γένοτο τις συναγωνιστής ἑμοὶ ἐπει ταυτηροὶ τῆς ἕδρας συγχονούμενος καὶ συμπονῶν, ἔγει τότε εὐδοκιμεῖ, στεφανοῦμε τότε, κηρύζομει τότε ἐν τοῖς Ιανόλησιν. ἐνας δὲ νῦν ἀστερίζων: εἶναι ἔμολογός καὶ ἀκήρυκτος, κανὸν ὑμεῖς βούτε. Τί γάρ ἑμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων καὶ τῆς συνεχούς ταύτης ἀγωνίας;

5) VII 7. ἀνώρωποι δύνεις οὐδὲ κατὰ δρυῖας ἔνυσσονται τέρμιν, ἀκούοντες θεράποντος αἵματων, αἵλλας νοερῶν λόγων καὶ διηρῶμάν τους καὶ γονίμων καὶ πρὸς μήμησιν εὐ πεφυκότων; ὥστε ἔγωγε τέλος καὶ πρὸς ἀκαντας ὑπὲρ τῶν τῆματέρων στιγήν ἔχων καὶ μηδὲν σεμνὸν μηδὲ ὑπέραυχον μήτε ἴδιᾳ μήτε εἰς κακόν εἰπεν νῦν μοι δοκῶ νῦμῶν εἰνεκεν γαυρότατα ἀν καὶ μεγαλαυχότατα εἰκέται.

6) Morum religionisque ne in summa quidem corruptione non interiurum plebem paulo altius assurgendi desiderium etsi non sentit sollicitat; novus quisque qui existit excipitur tanquam salutem diu amissam referre possit; atque una haec sive spe sive angore quodam animi ducti illis temporib[us] eos puto adibant qui veri philosophi aut speciem praebebant aut dicebantur velut Dionem (cf. XIII 11. 12 XLII 1).

quas habendi cepiam septima illa oratione comparavit, loco itidem de iis locutus esset, quae ad ceteras tres artes quarum peritiam iactat, pertinent, si fuissent qui de his agere cum juberent. Quod quidem sive fors tuit⁷) sive numquam omnino a Maximo scholae habitae sunt nisi Romae illae philosophicae, id constat eum non tam philosophum, quem codicis inscriptio vocat, fuisse quam artium disciplinarumque quae paucae tum colebantur⁸) studiis obsecutum esse, et sunt sane multa in iis quae restant dissertationibus philosophis, quae qualem in illis artibus tractandis sese praestiterit, tam apte demonstrant⁹) ut nullus ex iis, qui a septima elucent, color desit vitæ ejus imagini quam ceteri sermones referunt, ac ne periculum quidem sit ne nostrum de eo iudicium in angustum plus aequa compellatur neque perfectum sit. — Ea igitur quatuor unde sumi potest exordium; mittamus autem Maximum et poeticae et politicae artis magistrum quippe qui quaestiones

7) Ex iis, quae in adv. 4 attuli nill efficitur: cathedram cum non oratoris publici sed philosophi spectasse apparat; sed de condenda quadam schola philosophica non cogitabat, cum nullum sibi existisse discipulum quereretur, sed eorum sibi quendam dari exoptat, quales philosophos sequebantur pedibusque potius perpetui quam conlegae atque docendi participes; quales iam cum Diogene cynico fuerant, et Christum sequebantur; quales Epicteti fuisse scimus et Dio sese non habere velle pronuntiat (οὐ λαμβάνει μαθητὰς εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ἔνι ζησεις διδάσκειν XII 13 cf. 15). Quodsi Maximum dicere voluit adhuc se non habuisse associam, id fieri potuit quia nemini re vera persuaserit ut sequeretur, unde efficitur scholas cum iam antea habuisse; sed nonne id quoque probabile est discipulos cum non habuisse quia parvus illa operam adhuc emulno non dedit?

8) Has potissimum artes esse quarum studio tenobantur Dio docet XII 5 ὥς: δὲ καὶ ὑμεῖς τοσαῦτα μὴ δείματα ἔχοντες τερπνά, τοσαῦτα δὲ ἀκούσματα· τοῦτο μὲν βέτερος δεῖνος, τοῦτο δὲ ἐνγγρερός τιδίστους ἀμμέτρων καὶ ἀμέτρων λόγων, τοῦτο δὲ παλλούς σφιστάς δόξῃ καὶ μαθητας ἐκαιρομένους εἰ.

9) Quae sophisticae artem sapient non enumerari possunt; quantum huc facilius infra de his agitur; ad artis poeticae stadium referenda sunt praecilla illa de Hippies amore ab ineptis inquis vulgaris memorine detractionibus plane vacua (cf. XXIV 9); eiusdem generis noscio an alia quaedam de Homeri — quem semper in ore fert — docerum interpretatione a natura ducta stoica (de quibus inspiciatibus opusculi part. II cap. V). Artē politicae quam sese doctarum esse pollicetur non intelligandam esse appetit, quae in excogitandis comprehendisque orationibus ante iudices et in foro habendis versabatur; imprimis pro re quadam et contra eandem uia in oratione dicere et docerent et ipsi conoverant (cf. Bruns mass. Rhen. n. sec. 43 p. 99) nec docunt apud Maximum id genus artificia sine dubio huc referenda (cf. XXI/XXII, XXIV 5. 6, XXXVI 2. 3. 5, XL 1).

uterque poscat a ratione quam solent in dissertationibus sequi admodum alienas; uno de philosopho agamus atque ita quidem, ut etiam hic omnia praeteremus quae neque ad fontes Maximi — si modo de fontibus apud hosce philosophiae quam vocant popularis sectatores fas est dicere — pertineant neque eorum habenda sint quae de philosophandi genere apud eum quaestioni de fontibus instituendae necessarie prae-mittenda sunt. Diserte enim rursus pronuntio nec velle me nec posse de Maximi ejusque aetatis philosophia omnia hac dissertatione confidere: hoc unum quidem opprobrium velim effugere, manca esse neque accurate confecta quae dixer. Ac plura ne de oratore quidem me nunc dicturum esse quam quae ad quaestionem illam de philosophandi genere necessariam faciant, non iam opus esse affirmare arbitror.

Pars I. De vita et scriptis Maximi.

I. Summae puleritudinis fertilitatis summaeque montium vallium fluminum vicissitudinis regionibus finitura esse solent loca plana deserta, ubi omnia per humum serpunt ac ne ea quidem, quibus aut studium sese erigendi aut indeoles a natura data est, ceterorum humilitatem propter huius sterilitatem excedere possunt. Plane huius modi est regio, in qua Maximum invenimus: fessus per secula humani generis genius non solum omnium formarum regularumque et in arte et in religione interitum non sentiente multitudine admisit, sed ne paucis iis quidem, qui sentiebant, vim dedit avertendi. Dionum Epictetorum Galenorū Favorinorum, illorum de fide et philosophia, horum de litteris studia laudabilia fuerunt sed irrita, cum neque ipsorum animi, insignes quidem in universa ieiunitate, tamen per se munere tam arduo infirmiores, viam invenirent, qua populi ducebus incedere opus erat, neque vulgus illud audientium eis a multitudine eorum qui non communi commedo sed sui ipsius servirent, discernendis operam daret. Quid igitur de Maximo dicamus homine omnium id genus ieiunissimo, cuius pleraque tam vilia atque plane sophistarum cum arte prolata sunt, ut a nostris omnino eorum habitus sit quibus summa philosophia ea erat, e philosophia petere, de quibus apte declamare tetamque artem iactare possent; et re vera ipse puto melius accideret, si sophistam eum aestimaremus; certe levitatem ei opprobrio habere non deberemus, si rei se dedisset quae neque ipsa seria habebatur neque magis ei cordi erat, quam unde sui ipsius quendam usum caperet. Sed non licet pre nostra opinione eum sophistis solum adnumerare, quamvis anxie vestigia eorum in iis quae habemus presserit; maiora illis non minus spectabat quam Die atque ceteri id genus; et e vita eius efficitur eum quantum potuit quidem conatum

esse id quod sibi proposuit assequi. Scimus cum in Graecia vel Asia minore¹⁾ nova dicendi arte institutum ingens Romanorum imperium qua solebant via pervaagatum esse²⁾ atque hic illic declamationes habuisse plane e more aequalium nec finem nisi audientium delectationem persecutum nec non sollemnii illo vulgi plausu, quem moveret, contentum³⁾). Ab initio igitur orator intellegendus; tum autem nescio quo tempore nec qua de causa ad philosophiam adductus est; quamquam nil de hac re traditum invenitur tamen inde opus est colligi, quod quas Romanus prefectus ibi sese habiturum esse promisit, eas non forentes declamationes intellegi voluit sed scholas quarum seriem non legebant nisi qui ἐν τοῖς καλοτεμένοις ἀκροατηρίοις ἐνσπόνδουν λαβόντες μαθητὰς καὶ χειροφθεῖς ἑαυτοῖς⁴⁾ docere hos non delectare studebant; quod quidem ipsius queque con-

1) De Graecia cogitavit Kaemmel I. c. p. 3. Quo tempore Maximus natus sit cum probabilitate quadam efficitur. Floruisse cum anno 152 p. Chr. n. Eusebius notavit in chronicō. Vixit autem teste Suida (a. v.) usque ad Commodi imperium. Atqui ponimus aliquem florere intra tricesimum et quadragesimum annum; incunabulo igitur Commodi imperio septuagesimum fere annum agebat; natus autem est anno circiter 120 p. Chr. n.

2) Itinera cum fecisse atque ex. gr. Celinas urbem Phrygias hanc exiguum — quam Dionem quoque adiisse scimus — visitasse e verbis ejus Φρύγες οἱ περὶ Κελανᾶς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο Μαρσύαν καὶ Μαλαθρόν, εἶδον τοὺς ποταμοὺς sq. (8. 6) praeter unum Davisium — qui fabulam habeat quae ibi dixit — omnes viri docti collegerunt (Fabricius p. 518. Kaemmel p. 4. Zeller hist. phil. III 2. p. 203 adn. 1). Arabes et Paphios Lyciosque cum permigrasse e verbis quae ibidem leguntur puto sequitur. Sed enumerat quoque in orat. XXXII^a (§ 6) loca, quae vidisse laus haberetur (ἄλλα τὸν μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης ἔχει τὸν Ἀσσυρίαν πλέοντα ἵνα ἔσῃ τὴν Ἀγγυττίων γῆν καὶ τοῦ Νείλου τὰς ἐκβολάς η̄ πυρηνίδας ψύηλας . . μικροῖσιν τῆς Σέλας, καὶ ἔχει τὸν Ἰστρὸν τις Λαζη, καὶ τὸν Γέργηρον ἔσῃ sq.) quorum possunt esse quae ipso visitavit; sed cavendum est ne vera habeantur quae cum rhetorica quadam affectatione dicta sunt.

3) Gloriatur ipse contemplione sua laudis et gloriae (7. 6. τί γάρ δικὸς ὅφελος τῶν πολλῶν λόγων . . ἔπαινος; ἀλλὶς τούτων ξῆρα· δόξα; διακορής εἰμι τοῦ γράμματος quibuscum sis conferas Epicteti adversarium, quem dicit statim responderε δικὸς τοῦ περὶ τῶν πολλῶν ἐπιλέντος τις λόγος; III 28. 7) nec veri est simile artem eam, quam variam multamque fuisse multa in his quae habemus docent, vulgo talibus obstupescient non admirationi fuisse. Id autem momenti est cum ipsum concilio plausum illum acclamationesque populi nisi valere atque ἡμῖν τῆς ἀκτῆς (ut Plutarchus dixit) voluptatem furoremque audientium citius quam exorta evanescere.

4) Verba sunt Dionis (in orat. XXXII par. 8).

suum esse certis verbis pronuntiat⁵). Velut igitur sicut philosophiae illi professores quorum Plutarchus fuit doctrinæ cuiusdam praecepta cum discipulis suis communicare; atque exspectares eum cum Platonem in omnibus sese sequi professus sit cum Plutarcho comparari posse, sed ex verbis eius, de quibus res est appareat quoddam eloquentiae cum philosophia arte coniungendæ studium⁶) et accedit septimæ illius orationis prima pars integra eo consilio habita ut a loquacitatis inconstantiae quo approbrio rhetoricam suam philosphandi rationem defendoret⁷); sentiebat igitur, quam difficile esset, de omnibus rebus lequi paratum sophistæ speciem effugere; attamen vi verborum et pulcritudine ad eam opus esse sibi persuasit ac ne conabatur quidem a philosophico sermone declamationem oratoriam semovere. Has igitur eorum partes agit qui teste Epicteto ἀνεγένωσκον καὶ διελέγοντο ἐπιδεικτικῶς, quorum ille unum Maximo adeo similem descripsit (III 23), ut nisi propter temporum rationem vettitum easset ipsum hunc peti erederes. Sed tertium accedit ab horum studiis alienum: praeter philosophiam cogitationes rationesque complexam, cuius interpretem se gerebat, etiam activam (nisi dicere licet) illam quam magistrum vitæ tam putabant non solum novit sed etiam propagare sibi proposuit; quin in adhortatione eius nominari de hac agitur⁸); est igitur consentaneum ipsa hac exercenda iterum atque iterum ad declamandum reductum esse; minime enim ab ea re, quam praedicare nominamus, ars dicondi abesse solet; imme-

5) τὸ δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κεράλουσιν καὶ τῇ ἐπ’ αὐτὸν σάδες διέτας διδασκάλου τὰς τῶν νόην ψυχές ἔντεκαροντος καὶ διαπαιδαγωγούντος αὐτῶν τὰς φιλοτιμίας (7. 8).

6) εἰδονομεῖ δὲ . . φυχὴν ἀνθρὸς λόγος οὐδὲ ῥυτεῖν οὐδὲ ἡμελημένος, ἀλλὰ ἀνεκπεριμένος ἔγειρι καὶ πάντει καὶ μη παρέχων σχολήν τοῦς ἀκρωμένοις τὰς φυνὲς ἐξετάζειν καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ηδωνές αἱλλ’ ἀνιστοῦσαι προσαναγκάζων (εοδ. προσανεγκάζει) καὶ συνενθουσιῶν ὕστερον ὑπὸ σάλπιγγος (7. 8 ετ. 31. 6 χρῆ γενέσθαι τὸν τῷ φιλοσόφῳ λόγῳ συναποτίμενον βήτορε αἴληθή οὐδὲ ἀργὺν οὐδὲ ἐκλελυμένον . . λόγιον μετότος (scil. orator) ἀκολακεύειν καὶ τήσκημένων ὑγιεῖς καὶ δυναμένων ἅγνη παιδεῖς καὶ βίᾳ ἀπεληπτικῇ τῷ πλησιάζον πάν.

7) De Imagine syntica qua hic natus est Maximus, et interpretatione quam ei supponit vide sic pars II e. VI hujus orationis.

8) ετ. τούτο καὶ τῷ τῶν αἰνθράκων βίᾳ ὁ τῶν φιλοσόφων δύναται λόγος ἔντερος τοὺς πάντες καὶ πεπάνων μὲν τῷ σκυθρώπῳ, συνεντημένον δὲ τοῖς φερόστροφοις 7. 8; τῷ φιλοσόφῳ λόγῳ οὐδὲς ἀποτέμηται καὶ τὸς εἰλλὰ συμπέριττος ἀπεγνώς τῷ βίᾳ καὶ αἰνθράκεται 7. 8; cf. verba quae in ad. quinta citavi.

a nostris praedicatoribus cotidie fere omnia ea artificia audire possumus, quae inter sophistas illos trita atque unitata erant. Hoc igitur nomine Dioni est similis⁹⁾ quo cum etiam vitae quadam similitudine conferri potest: e sophistarum ordine etiam hic egressus populari quam vocant philosophiae se dedit; attamen a publice loquendi consuetudine non recessit, etiamsi nimias inanesque sophistarum argutias eodem modo spernebat, quo Maximus eas amabat.

Quattuor igitur sunt studiorum genera in quae animus cum ferebat, querum duo in arte quadam exercenda constant, duo doctrinam potius eruditionemque postulant; oppositaque sunt inter se ab altera parte docentis dicentisque ab altera praedicantis sophistaeque munera; quorum ne duebus quidem tanta similitudo est, ut una eadem oratione aliquem utroque fungi posse crederes; cum Maximus autem in una quaque fere sophistam simul et doctorem philosophiae praedicantemque se gerere posse sibi persuaserit, primum opus est quaerere, quomodo haec inter se coniunxerit, ut aliud ab alio secernere separatimque quedque aestimare possimus.

II. Excepta illa septima quam publice habitam esse iam vidimus, ceterarum quadraginta quas habemus Maximi orationum forum adhuc incertum est. Unum illud primo obtutu appetet etiam has orationes fuisse re vera habitas; ipse eas et λόγοις semper appellavit¹⁾ et plane ad rhetoricas regulas plerasque composit²⁾ neque raro de una eadem re locutus eam altera confirmavit altera negavit, id quod rhetorum tum fuit artificium tritissimum. Sed geminatas hasce³⁾ in biduum distribuebat (ut ipsius verba τί καλύτε δή καὶ ἀναμοχέσασθαι τίμερον 27. 3 indicant⁴⁾) atque spretis quidem omnia promisis quibus

9) Quocum propter ipsam hanc similitudinem Maximum iam composuerunt Fabricius bibl. V p. 515, de Wilamowitz philol. untersuch. IV p. 313.

1) cf. ἐπειδὴ λόγος οὐκ οὐδὲ ὅπως εἰκόνος Ιαλαπτίας ἔκελεβετο 1. 8 ἐπινόμωμα δὲ αὐτῷ εἴη τὸν λόγον 1. 4 ἐπεχειρεῖ διχάδε λόγος τις παρεκβάντι πεζῶν 2. 1 καὶ δῆ φέρων με δὲ λόγος εἰς παράδειγμα 12. 6. Ήντι σὺ προτελεια γένηται ταῦτα τοῦ μελλοντος λόγου 14. 7 ἦκα τούτων τῆμάς δὲ λόγος φέρων εἴη τὸ ζητούμενον 16. 6. καὶ δὲ μὲν μύθος ὡδὶ τελευτῇ μεταβαλλέντι δὲ δὲ λόγος πρὸς ὑπὲν σκεπτέται 20. 2 αλλὰ quae omnia enumerare longum est.

2) cf. partis huius cap. IV.

3) sunt haec orationes 1/2, 2/4, 14/15, 21/22, 24/25, 26/27, 29/30, 39/40.

4) cui accedit alter locus probabilis Heinsii conjectura emendatus ἐκχειρεῖ

sophistae auditores movere studebant ut altero quoque die τὸ ἀκροατήριον frequentarentur: a foro igitur deducimur; auditorum ei erat quod non opus habebat curare ne decesset. Neque vero pro et contra dicendi artem iactare in omnibus hisce geminatis studuit; nonnullas quidem scite ita conclusit ut auditores plura audiendi cupidos relinqueret, quippe qui rem iam non confectam esse sentirent⁵), et sophistical artem hae sane sapiunt; sed sunt quoque ubi materiam in altera institutam nec tamen absolutam in altera demum confecit uno diligenter decendi studio ductus⁶); alia igitur distribuendi causa erat. Accedit ceterarum singulas subito abruptas inveniri neque ad finem, que solebat concludere, productas⁷). alias conclusionis formula iam

διάλεκτος (cod. διάλογος) λόγος τις παρελθόντων περιθεσιν ήματος (2. 1) et firmans illum et ipsos eo firmatas.

5) Talis est in oratione vicesima prima et secunda. Proposuit sibi demonstrare, philosophum non prorsus ab agendo abhorrente debere — esse enim virtutem τὸν λόγον αὐτὸν ἔργον καὶ χρήξιν ἐν κοινωνίᾳ καὶ χρήσιν βίου πολιτικήν —; cuius rei id quoque argumentum adserit, Inter maleficos bono non semper licere nil agere; etiam Socratem inertiam salutem suam prodidisse. Quod cum ironice diceret, auditores ejus sentiebant, non omnia sua Maximum jam protulisse; quo modo enim putarent, serio cum Socratem derisisse, quem sicut omnes, qui popularē q. d. philosophum profitebantur, Inter philosophiae suae heros principesque habebat? Immo, statim intellegobant, Maximum postero die contrarium probaturum esse et expectantes discesserunt, quemadmodum his praemissis rem ad finem perducturas essent. Plato similis res est in oratione XXXIX^a fine (§ 5) παράβαλλε τοὺς ἀνταγωνισταῖς τὸν Σωκράτην ἐν κτήσει εἰγανθέν· οὐχ ὅρας τέτταμενον ἐν πλούτῳ Καλλίου, ἐν σύρμῃ Ἀλκιδάδου . . μάτην ἄρα εὐτῷ δὲ Ἀπόλλων τὰ νυκτήρια θύωκε, μάτην ἔκεψηρίσατο.

6) De daemonibus multa habuit, quae cum auditoribus communicare cupiebat (ipse enim credebat daemones esse), nitera igitur in oratione (quartam decimam dico) a Socratis genio exorsus de hoc et omnino de daemonibus en exposuit quae praestoi ei erant aut inter dicendum in menteν venerunt, quaeque ad argumenta e philosophia potita, quae in altera adserre in animo habuit, præpararent (cf. τις η τοῦ Σωκρότου φύσις, καὶ τοῦτο μὲν οὐτι καὶ διοῦ καὶ αὐτὸς λελέχται. νῦν δὲ τις . . τις οὐ καὶ προτέλει γένηται τοῦ μᾶλλοντος λόγου 14. 7. Unius enim argumenti dno haec orationes esse apparat; aptius autem illis inseribi conso τις η τοῦ Σωκρότου φύσις quibus verbis Maximus ipse natus est.

7) Optimam huius rei exemplum oratio quadragesima prima praebet. Agitur de animali equi nos duobus quos Plato fixit, sed multis, ἀκολάστῳ quodam, Συμάδαι, ναῦται, ἀνελευθέρῳ; quem si primam anima sequitur ἐκ τῆς θρησκείας fertur, sic autem alterum τὸν Συμάδαι, ἐκ τανάσσου παντεβακάς, hic explicit oratio repente abrupta, non imperfecta. Similes sunt 17, 20; 1. ubi paucis quidem verba perierunt,

posita rursus incepitas esse atque ita quidem ut neque Maximo id ab initio propositum neque ipsa re de qua agebatur postulatum suisse facile sentias⁸). Certum igitur tempus ei praescriptum erat, quod eum hic mittere quae dicturus erat, illie plura quam in animo habuit proferre, illie materiam quippe datum temporis spatium egressuram in biduum differre iusserit. Sunt autem quibus sese commendavit quaeque ipsos adlocutus est, adolescentuli⁹) idemque sunt, quos adhortatione sua — septimam illam eius orationem dico — commovit ut se ipsi instituendos traderent: appareat igitur, orationes eius scholas, quas cotidie in auditorio quodam conducto habuit, intellegendas esse. — At in schola, dices, non rhetorice loqui sed certa sermonis ratione quae διατριβή vocabatur a Bione inventa uti solebant; ex Epicteto quidem scimus eos qui philosophiam illam ad vitac necessariam, quam popularem nominamus, in scholis suis docebant, plerosque sic disseruisse, ut fictum quendam adversarium inducerent contra quem se verterent, quem sententiam sibi ipsis contrariam proferentem faciebant, quo servidior faciliorque intellectu tamquam disputando oratio fieret. Certe, ac ne Maximo quidem haec dicendi ratio plane ignota erat, immo in una quaque oratione cum tali quodam adversario ei res est atque adeo hoc disserendi genere exercitatus erat, ut nusquam fere conaretur ab oratione rhetorice instituta formulas in dissertationibus usitatas abstinere. Sunt multa sane, ubi adversarium suum ea potissimum respondentem inducit quae quasi ab alio responderi sibi voluit, quo veriora viderem-

sed certo non tam multa desunt ut imperfectam esse orationem eis qui ediderunt concedere oporteat.

8) Optime hoc appareat ex oratione duodecima. Res est de scientia (ἐπιστήμῃ) quam Ἀντιμένης ψυχῆς πρὸς ἄτοιν τῶν ἀνθρώπων ἔργων καὶ ἐπιτηδευμάτων esse definitivit (12. 3). Hanc earum rerum quae διελήχει τὰς τῶν ἀνθρώπων θυμάτις primam esse pronuntiat legis instar in urbe imperatricis; quam similitudinem multis verbis rhetoricae suas conuictudini indulgens explicat; atque re tamquam consecuta figura qua solet usus exiamat τοιούτον τῇ ἐπιστήμῃ, τοιούτον τῇ ἀμάθῃ 12. 6. Sed non iam destituti, pergit ἕγει δὲ καὶ τοὺς Μίνων νόμους ἐπιστήμην καλέι quae cum illis quae antecedunt, nullo modo coherent. Diserte enim antea non scriptas hominum leges sed τὸν Κέλεον νόμον ἄγραφον scientiam esse affirmavit. Videmus igitur septimam hanc paragraphum cum adiecisse, ut tempus produceret. Kadom res est in orat. IV § 8.

9) παρελθάνθεν εἰς ὑμᾶς, ἢ νέοι, παρασκευῇ λόγων οἷς verba sunt in orat. VII 7.

tur quae inde concluderet¹⁰), multa, ubi omnium hominum loco unum eum praedicantium modo admonet, dehortatur, increpat¹¹), permultas denique permissionis cuiusdam rhetoricae formulae, quibus auditores suos nius instar adloquitur, interrogat, verba iis supposita corrigit, in quibuedam concedit¹²); quae omnia sermonis quo Epictetus utebatur admonent simillimi quidem, si unum illud detraxeris, Epictetum haud raro a rebus in vita aut ipsius aut comitum revera gestis aut e quaestione bus quales unus alterve discendi cupidus ad eum aggressus posuit, exordium sumpisse¹³). Maximum autem plerisque rhetoricum precepsum praemississe, a quo in tractationem transitum quaerere haud rare ei opus erat. Sed etiam aliae iis intermixtae sunt formulae, quae illius similitudinem prorsus excedant, eas dico, ubi una cum discipulis rem tractare videtur velut θεασώμεθα οίτωσὶ θεασώμεθα, σκοπῶμεν, ὡδὶ λέγωμεν, ἐξετάζωμεν, εἰκάζωμεν, ἐρώμεθα, σκεψώμεθα, μήτ ἀφῶμεν (τὸν λόγον) ἀπελθεῖν ἡμῖν, ἐπανάγωμεν ἐπὶ τὸν λόγον, τὸν . . . ἐῶμεν καὶ μετίωμεν . . . , ἀντιθῶμεν, μεταβάντες αὐτοῖς.

10) cf. καλεῖς τι ὑγείαν οὐμάτος; τι δὲ οὐ μᾶλις; καλεῖς δὲ καὶ νόσους; εἰ προστατεύει τοῖς τοῖς μῆτραις οὐμάτοις; ὑγεία· κακόν· νόσος· δὲ μὲν τῇ ὑγείᾳ, καλλιαράτῃ δὲ νόσοις· τὶ δὲ μανοῦκη τῷ μῆτραι; οὐμούτα sq. 39 2. φέρε ίδω μετὰ σου, εἰ μὴ δὲ δύνεται (scil. ὁ χειρων ἥλιος ἐτὸν λόγον), εἰκὲ γάρ (eod. εἰκέρ γάρ) μοι· καλεῖς τι σύνην οὐμάτος; καλεῖς μέντος Αὔτη τοίνυν sq. 34. 2 καλῶς· ἔχει ἀτρεπταῖς· οὐ γάρ ἀτόπως ὑφῆγη, οὐδὲ ἀτέχνως, μαδαία· ἔγα δέ σου τὴν μὲν τάχην ἀποτελεῖ, τὸ δὲ κεράτιον αὐτῆς φέρε ίδω τι καὶ λέγεις. Κεραμεὺς φῆς κεραμεύεν παντάνει . . . ἔγα δέ σοι ταῦτα μὲν δίδωμι . . . καλεῖς τινα τάχην λατρευκήν; τι οὖν; ἄλλο τι εἴναι τὴν ἀρετὴν ἡ Ψυχῆς ὑγείαν; sq. κανὸν καλῆς τι τούτων τάχην . . . οὗτα μοι δοκεῖς καλεῖς . . . τάχην τούτου ἄλλο τι τῆγες ή λόγον sq. 33. 2. 4.

11) Apparet hoc ex orat. 41 § 3, ἡ οὐχ ὅρατε ὅσα τὰ δεκατέσκοντα τὰς ἀνθρώπινας κῆρας ἐμπεπτεκότα περὶ γῆν στρέφεται; et paulo post multis illis enumeratis pergit ὅρας τέντος δρόμον καὶ τὴν διαδοχὴν τῶν κακῶν, ubi primo omnes auditores I. e. δοκιμασία τουμ παντα ἵλιον adversarium εορτην loco adloquitur; cf. 11. 7. τι τούτου δοκεῖ ὑπὲρ ὅτου καὶ εὑρίσκεται ἐν τις τοῖς θεοῖς; χρήματα αἴτεις; μὴ ἐνόχλει θεῷ οὐδὲν αἴτεις τῶν καλῶν . . . χρηστὸς εἰ; μετάθεου τὸν τρόπον . . . νίκην αἴτεις; ἦν δόκιμον λαβεῖν . . . δικαιολόγου αἴτεις; sq.

12) μῆτρος με τούτῳ ἔρη, έρου δῆ με, ἔχε δὴ αὐτόδι μὴ ἀποκρινώμενά σοι πανταῖς, μὴ μ' οἰηθῆς . . . ηὔξει, ἐτ' οὖν ποδεῖς σκέψασθαι, εἰ δὲ βούλει, οὐχ ὅρας, δὲν δὲ μετανῆσε, λέξεις, εἰ δὲ ἀφέλοις αἵας πασσίν inventiuntur quaque longum est enumerare.

13) cf. Epictet. diss. I 26, II 14, III 1. 47 alterius, I 11. 18. 14. 18, II 24. 25, III 6. 9. 22 alterius rei exemplia.

σκοπῶμεν aliae, quae non iam sub dissertationis speciem cadunt sed potius in orationibus inveniuntur quae a Platonicis illius aetatis aut Platoniorum more in scholis habebantur; et sunt inter Plutarchi scripta duo illae de Alexandri sive fortuna sive virtute orationes quae non solum in eo quod in biduum distributae sunt¹⁴⁾, sed etiam quod ad formulas illas cum Maximo plane congruunt¹⁵⁾. Quam quidem dicendi rationem cum illa in dissertationibus usitata haud raro coniunctam nec non per omnia artis oratoriae genera magis magisque diffusam esse scimus; cuius rei aptum praebent exemplum orationes illae Plutarchae, quas supra commemoravi, multis nominibus Maximi simillimae¹⁶⁾; neque igitur opus est propter duo haec figurarum genera

14) Sequitur ε τοις διέφυγεν ήμές ὡς οὐκέτε καὶ τότε de Alex. fort. II 1.

15) cf. δεύτερον δὲ ιδωμεν de fort. Alex. I 9 παραδώμεν τὰ τών φιλοσόφων I 8 εἴκωμεν II 4 τί οὖν; δέσωμεν τὴν τύχην . . . ἀψισθεντες II 8 ἀρά οὐκ ἐν εἴκοσιμεν II 12 accidunt ex aliis Plutarcheis orationibus hic illis huius generis figurae velut βούλεσθε πυνθάνεται de virt. Rom. 8 φέρε δέσαντες . . . ἐπὶ τούτων . . . πολέμους . . . τὸν λόγον μεταγάγγιμεν ib. 11 ζητώμεν de inv. et od. I ἐπὶ τούτων καὶ μᾶλλον οὐπώς . . . σκοπέμεν ib. 7 ἥδη τούτων σκοπώμεν ib. 8 συγχρήματα διαιροῦντες δεδότως εἰς τούτων αἱ λέξεις αἱ εἰσάγωμεν de Glos. Athen. 6.

16) cf. εἰ βούλει σκόπει I 5 (εἰ δὲ βούλει σκέψῃ Max. 17. 7 ε. δ. β. θέσει, 18. 4 ε. δ. β. εἴκαζε 16. 6, 17. 9) πρόσγραψον εἰ βούλει II 7 (εἰ δὲ βούλει ἄφεσε τὴν δυσφρημάτων Max. 5. 4) βούλει μαθεῖν; II 8 (βούλει τούτων πυνθάνεται Max. 14. 6 cf. 80. 8, 20. 8, 24. 2, 35. 4) ἀντιβιβλεπῆς II 8 (καὶ ἐπίκης Max. 6. 5 καὶ ἐπὶ . . . ἡγε 10. 9, 32. 8 cf. similis figurae velut καὶ ἐπιτιθῆς 3. 4, ἀντι μετα-θῆς τὴν ταῖς 4. 8, 28. 2, 27. 5, 33. 7, 35. 7, καὶ ὑπαλλάξης 3. 7, 26. 5 quibus accedit tritissimum illud ἀντιφέλης, εἰ δ' ἀφέλης, εἰ δὲ ἐξέλης Max. 8. 6, 11. 8, 15. 1, 21. 5, 26. 8, 30. 1, 31. 5, 38. 6 quoctum cf. de Alex. fort. I 9 τὸν δ' Ἀλεξανδρου φωνῶν ἀντιφέλης τὸ διάδημα . . .) cf. endem figura per imperativum expressa ἄφεσε τὴν ἀρτητὴν . . . καὶ πανταχοῦ μικρός έστι de fort. Alex. II 4 (cf. ἀνέλει . . . καὶ ἀνήρηται de glor. Athen. 1) Max. 4. 8, 26. 7. Sed alias quoque haud riuencē figurae dicendi Maximo cum his communes sunt ita ut utramque eiusdem artis sophisticæ discipulum suisse sentias; cf. imprimis exclamatioes ironicae volut ἡ θαυμαστῆς φιλοσοφίας de fort. Alex. II 7, Max. 3. 4, 4. 4, 8. 9, 9. 4, 12. 4, 18. 8, 24. 4, 26. 7, 26. 8, 29. 7, 30. 6, 35. 6, apostrophæ ironicas εὑγε ὡς τυχῆ de fort. Alex. II 10 εὑγε ὡς τοιηταί Max. 4. 8, cf. quoque εὑγε ὡς Δυνοῦργε 3. 10, figuræ in quibus præmissæ semper voce ἔγειραι orator efficeret vult, ut ad ipsius sententiam tamquam graviorum quodammodo auditores præcipue animatum advertant ἔργα δὲ . . . ὅραι, οἶμαι, ἀξιῶ, καλέ, ζηλέ Max. 3. 8, 5. 8, 12. 7, 19. 8, de fort. Alex. I 7 (cf. Max. 10. 5, 12. 1, 40. 6 al.), ἔργα δὲ καὶ ἀποστοῦ, τίθημι al. de fort. Rom. 18 Max. 1. 4, 8. 4 al. ἔργα γάρ τιθημι de fort. Rom. 7 Max. 3. 5 al. quibus apud Maximum adtribuendæ sunt illæ εἰκατειμένουμ δ' ἔντειχος εἰκατενεντειμένην vel similis 3. 9, 7. 8, 18. 5, 18. 9, 32. 8, præterea figuræ velut

varia eius auditoria fuisse credere. Quod ad efficiendum magis idoneae videntur permultae argutiae artificiaque rhetorica quae passim inveniuntur; neque enim facile quemquam putaveris simul et declarare artemque dicendi ostentare et praecepta philosophica concise dilucideque exponere posse. Attamen nulla fere oratio est, quam Maximus non apostrophis sermocinationibus dubitationibus interrogacionibus iterationibus exclamacionibus polysyndetis assyndetis antitheticis aliisque dicendi figuris exornaverit; adeoque omnes haece ei familiares erant, adeo saepe eas repetivit, ut capessivisse quidem philosophiam haud secus ac Dionem, sed a sophistarum arte nihilominus sese abdicare voluisse dicendum sit. Potuit certe; per septimam enim et ceterarum paucas ostendit, quid praestaret, si operam consumebat certumque finem consequi sibi proposuit. Est quidem ceterarum quoque certum consilium ac ratio neque prorsus temere eas habuit; attamen negligentia quaedam atque levitas ad quam delabi solent, qui cotidie apud tirones de materia ipsis longa consuetudine familiarissima loquuntur, efficit, ut Maximus ea de quibus adolescentulis suis dicaret non tam diligenter curaret ac si publice loqueretur atque ubi ipsam hanc ob rem sententiae cum defecerunt, verborum illis argutiis quas e rhetorica institutione adhibere consuerat, usus ad prae scriptum ei tempus sua produceret. Quaecumque res est, in eo omnes inter se congrunnt: mira uniuscuiuscumque est species omnia complexae; dissertationis figurae scholasticæ ubique per orationes ad legem rhetorican e proemio tractatione conclusione compositas dispersae, philosophiae rationes sententiæque conciso genere dicendi pronuntiatæ arte cum argutiis coniunctæ quales e publice loqui solito, non philosophiae aut interprete aut praeceptore exspectaveris; artifia levia ridicula ex ore prædicantis quod munus quam arduum grave divinum sit, ipse semper magna voce clamitabat¹⁷⁾; neque illa est

τὸ δὲ ὅλον de fort. Alex. II 13 Max. 8. 6, 21. 6 εἰλεύθερον de fort. Alex. I 11 Max. 6. 2, 12. 2, 14. 4, 15. 4, 18. 3, 21. 4, 24. 4, 27. 4, 30. 2, τὸν δὲ τὸν εἰλεύθερον (εἰλεύθερη) de fort. Al. II 13 Max. 4. 7 τὸ δὲ τούτων εἰλεύθερον de fort. Rom. 8 Max. 2. 8 λέγος μὲν Εὐαγγ. de fort. Rom. 8 (cf. ἡκῆλε μὲν λέγοντα Max. 24. 3), οἶστον δὲ οὐτις Γεωργ. de fort. Rom. 10 (Ἐξαρτ. δὲ οὐδὲ Max. 28. 3) τὸ δὲ μητρώον de virt. Rom. 1 Max. 27. 7. cf. Plut. anim. an corp. § 4 de virt. Rom. 18 Max. 8. 10, 8. 10, 21. 9.

17) Quam multum hoc ad recte aestimandum cum intereat inde intellegitur

quam eximere possis ut quae alio in auditorio aut alia in urbe habita sit; Romae autem scholas suas habuisse praeterquam quod eo firmatur quod e more rhetorum unius Romae nusquam mentionem fecit¹⁸⁾, insuper optimi codicis¹⁹⁾ inscriptione extra dubitandi aleam ponitur.

quod iudicem quoniam maxime inter se contraria a viris doctis lata sunt omnem eius indolem cepisse sibi visir, cum de singulis tantum virtutibus verba sacerent. Sic alias de sophista eo inquitur aliis de philosopho, at illi elegantia laudatur in libro cui inscribitur Pauly's realencycl. (IV p. 1676) illi pravitatem obiurgavit Volkmann (rhet. p. 484) Christ (gr. litt. ge-ch. p. 514 cf. Nicolai I. s.). Disputandi subtilitatem agnoscendam putavit Bernhardy (gr. litt. gesch. I 660) sententiarem gravitatem ludagasse sibi vius est Kaenmei (I. s. Nicolai I. s.) philosophiae gravitatem admiratus est Champagny, levitatem eius et simulatum ἐγκυρωπόν aspernatus est Boeckhius cet. Unus Rohdichius de „duobus eius personis quasi in una coniunctio“ locutus est (I. s. p. 8) cuius dissertationis ceterum hoc unum hunc dignum mihi videtur.

18) E verbis χρύπτομαι τότε ἐν Ηλείῃς (7. 6) primus Davisius collegit aut partem orationum aut hanc unam antea in Graeca habitam esse; Dammus (de M. T. phil. reden a. d. griech. Übersetzung, Berlin 1749 p. 9) ad Athenas eam transtulit; etiam Zellerus alii sic putant; sed sciimus hodie rhetores Graeci semper in ore ferre consuevisse; neque facile cuivis persunseris verba velut τις τις νέμους οὐ στέφων εὐθὺς εἰκόνας τὰς Ἑλληνικὰς φιλοσοφίας διδάσκεται (scil. Platon, 24. 4) ad Graecos auditores dicta esse.

19) Inscriptiones orationum quamquam non ipsius Maximi — nam ubi ipse diserte argumentum posuit pleniusque alia id fecit forma exhibita (cf. 8. 6, 8. 9, 9. 2, 10. 7, 12. 1, 17. 2, 20. 3, 34. 1, 36. 6, 38. 4, 40. 4), melius autem certo non una a Maximo habitae orationes sub unum titulum comprehensae sunt 1/2, 3/4, 24/27 de quibus inspicatur Heinsius (not. et emend. ad M. Tyr. Lugd. Bat 1614 p. 125) — tamen antiquae sunt — ad nonas inscriptionem εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μή εἰπολογησάμενος; certe Suidas allusit a. v. (Ἔγραψε) εἰ καλῶς Σωκράτης εὐκ εἰπελογήσατο — ob easque rem etiam ordo antiquus — Euclidis q. d. verba Ἔγραψε πολλοὺς φιλοσοφικοὺς λόγους ὡν πρώτος τις ὁ Σέρρας κατὰ Ηλιάτων ad recentioris eiusdem codicis ordinem redire non opus est probare — sed duo extiterunt orationum corpora, alterum priorum sex seriem continens; quas solas etiam cod. Vindobonensis (de quo vide Davisium pref. Reisk. ed. p. XII) exhibet; alterum omnes XLII; nam etiā re vera XXXV tantum in secunda serie orationum exstant tamen numeratas sunt inde ab α' usque ad μα' deficientibus post undetricimam sex numeris (λ'—λζ') qua ex lacuna sequitur in unum 1 manuscriptum duo illa corpora ab editoro quadam collata atque praesumptas ex altero sex illis ubi in altero suum obtinebant locum omissas esse. Quo in corpore autem eam quam primam legimus inscriptionem editor invenerit, item e codice Regio officitur. Est enim teste Dübnerio (pref. ad ed. suam Paris Did. 1872 p. IX) Inscriptio M. T. Ηλιατινικοῦ φιλοσόφου τῶν ἐν Ρώμῃ διαλέξεων. Τῆς κράτης ἐπιδημίας α' et sequitur M. T. φιλοσοφούμενα. λόγοι μ'

7	—	α'
85	x	γ'
36	—	λζ'
41	—	μα'

tudinis (Θάρσους) Diomedem (32. 6 Ps. Plut. 168 — quem eundem oratorem παρεργοῖς χρώμενον voluerunt Ps. Plut. 168 Dio II 20). Tum πολειτίας varias cum species descripsisse duasque urbes illas contrarias fixisse (32. 9 Ps. Plut. 176) aut ἀρχοντας προπολεμοῦντας (32. 9 Ps. Plut. 171/2) ἀριστέας προπολεμοῦντας (32. 9 Ps. Plut. 176. 196) γυναικα σώφρονα (32. 9 Ps. Plut. 185) ἄνδρα σώφρονα (32. 9 Ps. Plut. 141). De deis autem haec cum docuiisse: tripartiti mundi regnum inter Iovem Neptunum Plutonem divisum esse, quorum primus caelum, alter mare, tertius terram habitat (Max. 32. 7 Ps. Plut. 97 Plut. ap. Stob. eccl. I 98; haec ad physicam stoicorum interpretationem qualem Philodemus servavit (de piet. ed. Sauppe ind. schol. 1864 Λια μὲν εἶναι τὸν περὶ τὴν γῆν ἀέρα τὸν δὲ σκοτεινὸν "Ἄιδην τὸν δὲ διὰ τῆς γῆς καὶ Θαλάσσης Ποσειδῶν) redire appetet; nam etiam alia numina quae apud Maximum legitimus prorsus stoicorum interpretamentis exornata sunt; Iovem νοῦν ἀρχηγεώντας fuisse (Max. 10. 8 ubi eadem interpretamenta atque hic (32) sed multe magis philosopha extant) comperimus ex Epicteto II 8. 2 Ps. Plut. c. 114, Minervam φρόνησιν (Max. 10. 8 Philodem. de piet. Ps. Plut. 102 Apul. de deo Socr. 2 Plut. amat 12 Themist. 13. 166 d Julian. IV 149 c Phil. de prov. II 141 (cf. Wendland z. Phil. 61 adn. 2) Apollinem ἥλεον (10. 8 Ps. Plut. 102 Orig. (c. Cela. IV 196 c Chrysippe) Plut. de Eiap. Delph. 21 Dio Chrysa. 31. 1 Julian. IV 149 c Philod. de piet.). Apollinem qui pestem misit et boves interemit solis radium esse subito summa cum aestu exorientem (Max. 28. 7 cf. Heraclit. all. Hom. cap. 6 Macrob. Saturn. I 17 et quae Davicius attalit) Neptunum πνεῦμα τὸ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης ἴον (10. 8 Phil. de piet. Ps. Plut. 102) Venerem amorem (32. 8 Plut. amat. 12) Vulcanum πῦρ τεχνικὸν (32. 8 Phil. de piet.) Martem πολέμου τέχνην vel πόλεμον (32. 8 Philod. de piet. Ps. Plut. 102) — quae omnia iam Metrodoro Chio inchoata — id quod de Wilamowitz me monuit — etiam Xenocri adscribabantur (Krische forsch. 323 Zeller II 1. 873); tum inter stoicos semper servata et tradita sunt (cf. Zeller III 1. 825 1 et 3 Krische 463). Accedit apud Maximum Iuppiter σίμαρμένη intelligendus (10. 8 cf. Ps. Plut. 120 Plut. de aud. poet. 6 cf. Schlemm de aud. p. p. 53 sq.). Elementorum demique pugnam a Hemero descriptam breviter attingit Max. 32. 8 cf. Ps. Plut. 102. — Est

igitur simile veri haec quidem Maximum e popularis philosophiae herreis sumpsisse; potest etiam de Homeri interpretatione grammatica cogitari; praeter ea enim quae in ceteris orationibus eiusdem generis interpretamenta dispersa sunt⁷), etiam ἀπορίαι inveniuntur, insprimis notissima illa cur Ulixes apud l'hæacas voluptatem laudaverit⁸), ita ut mihi quidem non constet unde unum quodque sumpserit. Certe omnia haec Maximo familiaria fuerant, quippe quae aetati fuerint.

Stoicae originis etiam ea sunt quae de divinatione Maximus admodum perturbata protulit (or. XIX); duo esse eius genera cum statueret, scil. Υεῖον τοῦ et γνώμην ἀνθρωπίνην, de primo nil habuit, quod proferret ut explicaret, nisi similitudines quasdam ex Aristotelis personati libro de mundo sumptas (cf. Zeller Sitzungsberichte der Berliner academic 1885 1 p. 401), quibus apte ille illustraverat qua ratione deus mundum regeret moveretque; neque Maximum aliud ex iis deducere potuisse intelleges, utcumque vana ipsius interpretamenta perlegeris κάλει τοίνυν τεχνίτην μὲν τὸν Θεόν, δογανα δὲ τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἀνθρωπίνους, τέχνην δὲ τὴν (γνώμην τὶς) ἀνθρωπίνην σπῶσαν ἡμᾶς ἐπὶ τὶς ἀγωγὴν τῆς εἰμαρμένης et νόει μοι σφραγιγὸν μὲν τὸν Θεὸν . . . σύνθημα δὲ τὴν εἰμαρμένην . . . σύμμαχον δὲ τὸν λογισμὸν . . . μαρτικὴν δὲ τὴν τέχνην αὐτὴν τὶς ἐκ τῆς παρασκευῆς

7) Velut Ilomerum artes quoquo docuisse, ex. gr. rem militarem; discernere enim πλεούς καὶ ἵκεις (Max. 24. 3 cf. Pa. Plut. 192) et libere ignavos in medio ponere exortitu (Max. ib. Pa. Plut. 192) Nestorem δανότατον στρατηγῶν descriptissime (Max. 24. 2 Dio 58. 8, 55. 19) nevississe etiam medicinam: vino Pramnic ad medelam utendum esse dicere (24. 8 Pa. Plut. 106 (cf. Athenaeus I 10 a; e Platoni Ione (588 c) certo hic Maximus non pondet) et artem divinandi (quam Maximus omisit) Pa. Plut. 212 Dio 55. 19. — Alcinoum optimum legum latorem fuisse et regem Iovi familiarissimum (Max. 12. 7, 58. 2 Dio 58. 11) bonum hominem (vel regem) τὸ πατρικὸν τοῦ Διός imitari opus habere (6. 1, Dio 58. 11) Alexandrum Helenae amore dio φύσκερ μοχὸν fructum esse (24. 8 cf. Plut. de aud. poet. 8) Ulixis comites λατόν edisse Homerūs cum dixisset, voluptati deditos voluisse intelligi (Max. 20. 4 cf. Herschel. all. Hom. 70 Ilian. 6. 184 f). Cum eiusdem fore generis sint allegoriae illae Cantatorum scil. voluptatum (4. 8) virtus Lenothene scil. philosophiae (17. 10), ad eandem originem eas reducere necio an licet quamquam non inveni quibuscum comparari possent.

8) cf. 23 1/2 Pa. Plut. 150 et Lucian. Paras. 10 e contraria stoicis sententia; aliusit ad eam auctor Cratetis epist. 19 cf. Norden Fleck. ann. suppl. 19 p. 394 adn. 2; sed propter λύτρα, quam Maximus dedit, prorsus non philosopham, equidem concordem, ex ipso Homero sibi hanc quidem solutionem deduxisse vel e Platone, qui primus Homero id oprobrio habuit (republ. III 890), ad eam speote deductum esse.

ἐπισταμένην τὸ μέλλον· alterum (scil. γνώμην ἀνθρωπίνην) hisce exemplis illustravit: καὶ γὰρ κιβερνήτις ναῦν ἔχων καὶ εἰδὼς τὰ ὅργανα καὶ τὴν θάλασσαν ὁρῶν καὶ αἰσθανόμενος τὸν πνευμάτων οἶδε τὸ ἀποθησόμενον· καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον ἔχων καὶ τὰ ὄπλα εἰδὼς . . . οἶδε τὸ ἀποβῆσόμενον· καὶ ἴατρὸς τὸν κάμηνοντα ιδὼν . . . οἶδε τὸ ἀποθησόμενον (19. 4); en stoicam alteram divinationis speciem artificiosam dico, opinabilem, conjectura niten-tem (cf. Cic. de div. I 6. 11), quam ipsis his exemplis demonstrata invenimus apud Ciceronem (de div. I 14. 24) et ex eadem sententia apud Origenem (in Cela. IV 227). Neque vero dubium esse potest Maximum iam ad alteram soi. naturalem spectare (de qua inspicitur Cic. de div. I 6. 12 Pa. Plut. de v. et p. Hom. 212 Zeller III 1. 343 adn. 1), cum dicereτ αἰχμοὺς μὲν καὶ ἐπομβρίας καὶ σεισμοὺς γῆς καὶ πνεύματος ἐκβολὰς καὶ πνευμάτων ἐμβολὰς καὶ ἀέρων μεταβολὰς οὐ θεῖς οἶδε μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ὅσπις δαιμόνιοι § 5; nam non solum a deo incensos enumerat l'hericydem Hippocratem Timesium sicut Cicero (18. 34) Bacin Epimenidem Sibyllam — inter quos nullum quod quidem ad proprietatem pertineat discrimen existat — sed etiam oraculum a Pythio Croeso datum et illud Laii inter naturalis divinationis exempla collocavit aequae ac Cicero (19. 37 „quae Croeso Pythius Apollo ut de naturali divinatione dicam responderit quis ignoret“). Cum autem illud quoque explicare, quamquam frustra, studuerit, quomodo simul cum fato divinatio stare possit, etiam illius doctrinae stoicae capit, quod de fato erat, notitiam quandam habuisse concedendum est; dixit enim eam hominis esse ἔξοντα, ut iis quae fato decreta essent sequeretur aequae ac vinclis quidam sponte lictores se-cutus; haec stoica εἰμαρμένης species (cf. Zeller III 1. 168 adn. 2) paule ab ea diversa, quam Platonici constituerunt, cum dicarent ὑπάρχειν μὲν τὸ ἔκοισιον, τούτῳ δέ πως συνάπτειν τὸ κατηγοριασμένον, ὅταν τις πράξας ὃ βούλεται εἰς ὃ μὴ βούλεται ἐμπέσῃ (Ps. Plut. v. et p. Hom. 120 Albin. cap. 20); sed tamen non inter certas fines diu definitiones hasce sese continuasse inde sequitur quod Albinus ex. gr. hanc suam εἰμαρμένην Chrysippea quadam ratiocinatione in-stituit (cf. Gericke Chrysippea 117. 122); Maximus igitur, cum anxiis stoicorum vestigia etiam in iis presserit, quae de mundo una hominum deorumque urbe (19. 6 cf. Rohdich de Max. Tyr. p. 33 adn. 2 Wend-

land ad Phil. 10 adn. 1 Zeller III 1. 301) et de Parcis Furiisque et daemonibus pro fate intelligendis iterum satis confuse exposuit⁹⁾), non e Platonica scholarum doctrina hausisse sed e populari philosophia pendere statuendum est. Idem dicendum est de singulis doctrinæ stoicæ frustulis hic illic apud Maximum dispersis, velut animam corpori inmixtam esse (*συγκεχραμένην*) καθάπερ Θυμιαμάτων ὄδυμαὶ καὶ τοῖς πόρρω οὐσιὶ προσέβαλον 34. 2 (cf. 13. 1) cf. Stob. eccl. I 367 ἡ τὸ συγκεχραμένον τοῖς σώμασι (scil. ψυχή ἐστι) ὥσπερ οἱ Στωικοὶ λέγουσι, Julian. IV 142 d Diels 463 Chrysipp. ap. Stob. eccl. I 154 Simplic. in Epict. 82 et 85 cf. Zeller III 1. 95 — deum esse αὐτὸ δ, τι περ νοῦς καὶ ἐπιστήμη καὶ λόγος (33. 8 cf. Epict. II 8. 2 τίς οὖν οὐσία θεοῦ; νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος ὁρθὸς, — sapientiam vel philosophiam esse ἐπιστήμην ἐπιστημῶν καὶ τέχνην τεχνῶν (33. 7 cf. Julian. VI 183 a Themist. 23. 300 a) — ea quo sensu capiantur collecta animae peritiam adferre (12. 2 cf. Julian. VI 189 d; videtur quidem hoc stoicum cf. Zeller III 1. 73) — e naturæ imitatione artem exortam esse (12. 2, etiam hoc videtur stoicum cf. Norden Fleck. ann. suppl. 19 p. 421 adn. 1) — non opus esse precibus, consulere enim providentiam universo, non posse ad singula omnia animum advertere, sicut neque rex urbis omnes cives singulos curare possit (11. 4 cum eodem exemplo Phil. Iud. de prov. II 102 cf. Wendland ad Philon. p. 80 et 78 adn. 2) neque medius propter unum membrum totum corpus pernitiei traditurus sit (11. 4 cf. Phil. de praem. et poem. 5 de prov. 56 cf. Wendland ad Phil. p. 18 adn. 3) — omnino non precandum esse, quoniam fatum sit inevitabile (11. 5 cf. Luc. Iupp. conf. 5 Senec. nat. quaest. II 35); esse autem τὴν τοῦ φιλοσόφου εὐχὴν non αἰτησιν τῶν οὐ παρόντων ἀλλὰ διάλεκτον πρὸς τοὺς θεοὺς περὶ τῶν παρόντων καὶ ἐπίδειξιν τῆς ἀρετῆς (11. 8 cf. Rohdich l. a. p. 28 adn. 2 Zeller

9) Nam μοῖρας quidem εἰμαρμένης nomen poetum esse stoici dixerunt (Chrysipp. ap. Stob. eccl. I 79); ad trium Parcarum veriloquium quod ibi legimus quodque idem existat apud Platonem de republ. X 620 d Pz. Aristot. de mundo 7. 5 (= Stob. eccl. I 83) Cornut. (theol. gr. comp. c. 18) schol. Hea. theog. (Flach p. 232 ad vers. 211) Porphyr. (ap. Stob. eccl. II 163 et 164) — Duvivier attallit schol. Eurip. Orest. v. 12 allusit Maximus 11. 5; furies autem non εἰμαρμένης nomen sed ipsius malitia conscientiam esse voluerunt (cf. Cornut. cap. 18).

III 1. 311, III 2. 312 adn.) — in uno omnes consentire, unum deum esse omnium patrem et creatorum eiusque notitiam habere ex operibus Graecos barbaros sapientes insipientes (Max. 17. 5 (cf. 41. 2, 8. 4, 32. 1, 33. 3) Dio XII 22, IV 22 Epict. II 14. 11 Lucian. Supp. trag. 12 cf. P. Hagen (quaestiones Dionae) ad Dionis lecum quem adposui) — videtur hoc quoque referenda esse illa ratiocinatio ἐνταῦθα ζήτει τὸ ἀνθρώπου ἀγαθὸν, ὅπου τὸ ἔργον, ἐνταῦθα τὸ ἔργον, ὅπου τὸ δργανον, ἐνταῦθα τὸ δργανον, ἥπου τὸ σῶζον 4. 7, 2. 5 (cf. Epict. I 4. 11 ἕκεῖ ζήτησον αὐτὴν οὐδὲν. ἀρετὴν, ὅπως σὺ τὸ ἔργον· ποῦ δὲ σοῦ τὸ ἔργον· ἐν ὀρέξει . . . i. e. ἐν φρονίσει, cf. etiam Marc. Ant. V 16 καὶ πάλιν ὅτι οὐπερ ἔνεκεν ἔκαστον κατεσκεύασται . . . πρὸς δὲ δὲ κατεσκεύασται, πρὸς τοῦτο φέρεται· πρὸς δὲ φέρεται δὲ, ἐν τούτῳ τὸ τέλος αὐτοῦ· ὅπου δὲ τὸ τέλος, ἕκεῖ καὶ τὸ συμφέρον καὶ τὰγαθὸν ἔκαστον) — quae omnia mente infixa tenebat quippe populari philosophia admodum versata.

VI. Cum stoica, quae apud Maximum deteximus popularia, omnia originem satis perspicuam prae se ferant, illa quae e cynicis profecta ad eum pervenerunt, plus minus obscurata sunt, partim ipso Maxime auctore, partim etiam iis qui talia memoriae tradiderunt. Attamen etiam haec e duplice generis fontibus ad eum affluisse intelligitur. Alterum efficiunt declamationes de vita misera, de hominum malitia, al. hic illuc per orationes dispersas atque ita quidem, ut in praedicantis sermonem Maximum transire ubique facile sentias; quales apud omnes illius generis philosophos, Dionem in primis, inventi possunt; sententias autem, quibus huius modi frustula instruxit, ex parte antiquioris cynismi colorem plus minus referre, per paucis illis quae illinc servata sunt, fragmentis collatis possumus concludere. Ex. gr. hominis nullam actatem molestiarum vacuam esse, quod in orat. 41. 3 exposuit (*τίς γάρ ἡλικίας καιρὸς ἀνυπεύθυνος ἀνθρωπίνῳ σώματι; οὐ γενόμενον μὲν εὐθὺς καὶ ἀποσπασθὲν ἐκ μητέρων ὑγρὸν καὶ ἄλιπτος καὶ διαρρέον . . . προϊὸν δὲ καὶ εἰς ὄφαν ἀναφυόμενον, ἔμπληκτον καὶ ἀκρατές· κανὸν εἰς ἔβην προέλθῃ, ὑπὸ φλεγμονῆς ἀπατάσχετον· κανὸν εἰς γῆρας ἔλθῃ, κατὰ βραχὺν τεκνούμενον καὶ ἀποσβεττίμενον sq.*) conferri potest cum verbis illius auctoris qui Hippocratica epistulam septimam decimam conscripsit („cylamini primo saec. p. Chr. re-

nati luculentissimum monumentum" Heinze de Horat. Bionis imitatore p. 15 adn. 1 cf. Rh. Mus. 45 p. 564 adn. 1) οὐχ δέης ὅτι καὶ ὁ χόσμιος μισανθρωπίης πεπλάρωται καὶ ἄπειρα κατ' αὐτῶν πάθεα ἔιτι/θροικε· δλος ὁ ἀνθρωπίτης ἐκ γενετῆς τοῦτος ἐστι. τρεφόμενος ἄχριστος ἵκέτης βοηθείης· αὐξόμενος ἀτάσθαλος ἄφρων διὰ κει-ρὸς παιδογαγίης· ἀκμάζων θρασύς, παρακμάζων οἰκτρὸς τοὺς ἴδιους πόνους ἀλογιστίγ γεωργίσας (§ 47 Herch. p. 304) ubi mo-
lestiis e corporis infirmitate exortis — quas Maximus solas enumera-
vit — etiam eas, quae e communione cum hominibus puero aequo ac
seculi impositae essent additae invenimus; ad posteriores hasce Teletis
verba ἀλλ' εἴ τις θέλει ἀκλογίσασθαι ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ πάσας τὰς
ἱλειάς, αἱρήσει πολλῷ πλείους τὰς ἀλγηδόνας . . . ὁ πρῶτος
(χρόνος) ὁ κατὰ τὴν παιδοτροφίαν ἐπίπονος· πεινῷ τὸ παιδίον·
ἰ, δὲ τροφὸς κατακυμίζει sq. (Hense p. 38) spectant; cynicos igitur
utrasque irrisisse appetet; etiam Diogenis epist. 28 μικρὰ μὲν γὰρ
εἰγράνεσθε, πολλὰ δὲ λυπεῖσθε sq. (Herch. 242) hue referendam
esse Heinzius vidit (Rh. m. l. s.). Malor cautio est in iis, quae de
inconstantia et stultitia hominum sane copiosa Maximus protulit
(36. 2). Sententias quidem plerasque easdem apud auctores invenimus
qui cum cynicorum personas egerint, e cynicis declamationibus Maximo
haec nota fuisse comprobant (velut homines neque a mari sese ab-
stinere neque a terrae vexatione desistere neque aerem missum facere
sui ipsius voluptatem secutos (cf. Gryllus 8 Phil. de anim. 47 Dio
30. 33 Musen. ap. Stob. flor. 18. 38 Iulian. II 101 c et quos col-
legit Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 307); invicem sese suspectos
habere, ipsos aliis insidiari (cf. Hipp. ep. 17. 29, 302 H. Diog. ep.
28. 242); uxorem ducere brevi repudiare, liberes cupiditate incensos
procreare, natos foras emittere (cf. Hipp. ep. 17. 27 H. 301. Diog.
ep. 47 H. 257); bellum aversari, pacem tamen agere non posse (cf.
Hipp. ep. § 28 Diog. ep. 28. H. 242); tyranaum aspernari, ipsos re-
gere velle (cf. Hipp. ep. § 27 [H. 301] et 28); sed cum e Dione
huius erationis quintam paragraphum fere integrum, hanc ex parte
mutata sit (cf. cap. VII), non omnia illinc ad eum pervenisse, potius
Dione auctore ad brevia illa membra inter se opponenda ad-
ductum esse concedendum est. — Accedunt his singulae sen-
tentiae (velut divites pauperrimos esse, quippe qui nunquam con-

cupiscere desinat 4. 4 cf. Iul. II 85 b Senec. ep. 4. 8 Eusebius ap. Stob. fl. 10. 36 alias invenies apud Norden l. a. 18 p. 342), in primis autem imagines vel similitudines a cynicis excogitatae per omnem fere antiquitatem servatae et exhibitae. Quarum trigesima fuit illa de via ad virtutem ducento eiusque παρατριβαῖς, qua Maximus ad taedium usus est. Genuina huius imaginis species scimus quae fuerit: cynicis erat ipsorum philosophia σύντομος ὄδος ἐπὶ τῷ ἀρετῇ (sic optimi auctores velut Julian. VII 225 b Luc. vit. auct. 11 Diog. Laert. VII 121 Plut. amat. cap. 16 alii (cf. Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 714), quibus accedunt Diogenis ep. 37. H. 252; 44. 256 Cratet. ep. 6. 209 Herm. Trism. ap. Stob. eol. I 274). Unū huic viæ alteram posteriores cynici addiderunt, esse viam ad virtutem ducentem alteram facilem tortuosam planam alteram arduam abruptam compendiariam dicentes (Diog. ep. 30. 244 H. ex eadem sententia alterius difficultate plerosque deterritos desistere dixit auctor Diogenis epist. 12 H. 238 cf. Cratet. ep. 21. 202). Sed cum apud eos solus quos enumeravi duplex haec ad eundem finem via inveniatur, ceteri autem popularis philosophiae scriptores omnes ubi de duabus viis locuti sunt Xenophonteam illam narrationem dubio certius ante ecclœs habuerint (cf. Themist. 21. 246 a Euseb. ap. Stob. II 178 Phil. leg. Alleg. II 24), etiam illos Xenophontis auctoritate adductos alteram puto hanc viam priori addidisse. Num autem ad multos nova haec forma proiecta sit, quamquam verisimile hec est tamen non inveniuntur quae extra dubium ponant; prorsus enim quod ad sententiam abeunt quae Plutarchus dixit (de sol. anim. 7 ἔχει γὰρ ἐξέραν ὄδον ἔκει τὶ δίκαιον οὐ σφαλερὸν καὶ παράχρημον οὕτω καὶ διὰ τῶν ἐναργῶν ἀνατρεπομένων φέρουσαν quamquam de duabus eiusdem termini viis sicut illi locutus est); quae Archytas autem dixit ap. Stob. flor. 1. 70 (Hense 105 δύο δ' ὄδοι τέμνονται ἐν βίᾳ ἢ μὲν συνδρωποτέρα τὰ δι τλάμων ἐβάδιζεν Ὀδυσσεὺς, ἢ δὲ εἰδιειροτέρα τὰ ἐπορεύετο Νέστωρ) videntur quidem hue facere, sed tamen cynico colore quantum video prorsus careant. Omitto Themistium (περὶ ἀρετῆς Rh. m. 27. 440) quippe cuius verba rhetorem magis quam philosophum prodant nec non a veritate abesse videatur ex ipso Maximo eum hic pendere; est enim Epicureæ doctrinae descriptio quacum aequo ne Maximus orationem incepit prorsus similis Maximi.

— Sed tertia accedit imaginis species non tam antiqua, sed propter id ipsum plerisque familiaris; esse viam ad veritatem unam sed multas eius παραγεθάς, in quas cum maximam partem ineruditū homines incidissent, in rupes saltusque ducerentur; iterum e cynicis profecta (cf. Hipp. ep. 17 § 41. H. 303 Cynicus § 18 Epict. fragm. 137; aliquid ad eam Lucian. amor. 20), quam Maximus adamasavit (35. 3; 39. 3; 5. 2; 14. 7; 25. 1; 17. 6). Eandem cynicorum stoicorum recentiorum cogitationem etiam ea ostendere, quae Maximus de viae ad virtutem vel philosophiam ducentis diverticulis i. e. liberalibus artibus — quamquam ipsa hac interpretatione non usus est — protulit (40. 4), omisso exponere quippe quae optime Norden (Fleck. ann. suppl. 18. 313 sq.) demonstraverit; id unum dicam speciosae eius conjecturae etiam Clementem Alex. argumentum adferre qui totam hanc sententiam multis verbis enarravit (strom. I 29 P. 332). — Aliam similitudinem adhibere solabant cynici de tragoeidiae (vitae scilicet) casibus varia, quos aqua mente perferre philosophum dicebant (cf. Dümmler acad. p. 3 sq.); etiam hanc in popularem philosophiam receperunt, ut permulti huius generis auctores ea usi ostendunt Dio 13 (Ael. v. hist. II 11) Luc. pīsc. 31 Menipp. 16 Neeyom. 16 Epict. fragm. 174 (= Stob. flor. 97. 28) Marc. Ant. 12. 36 alli, inter quos iam Menagius (ad Diog. Laert. VII 165) Maximum posuit; et recte quidem; plane eiusdem generis est, quam in septima enarravit, licet ex sua sententia ita adhibuerit, ut non agendi constantiam in insortunis philosopho servandam esse, sed loquendi facultatem et copiam dicoret τι δύπτοτε οἱ ἐν Ιωνίσου τὰ δράματα ἵποκριτήσει τὸν μὲν τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος ἴέρτες φωνὰς, τὸν δὲ τὰς τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ αὐθις Τίλεφόν τινα ἐποδιόμενοι . . . οὐδὲν πλημμελὲς οὐδὲ ἔξα τρόπου ὑπίζονται ποιεῖν . . . εἰ δέ τις τὰ μὲν τοῦ Ιωνίσου φυλάσσει τῇ παιδιᾷ καὶ τῷ θεάτρῳ, ἴγείται δέ τι εἰται αὐτῷ δρᾶμα πολιτικὸν, οὐκ ἰαμβείων τινῶν . . . ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν βίον πραγματείας, δῆθε δὲ εἴη τῷ φυλοσόφῳ δρᾶμα . . . καὶ τάξας ἔαντὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ χοροῦ, φυλάσσει μὲν τὸ τῶν ποιημάτων ἀξιώματα, σχηματιζοι τὸ δὲ τῷ οὔτε εἰ τοῦ λόγου πρᾶξ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ὡς δραματοιρεύει ὁ Φεός 7. 1 cf. § 10. — Videtur huius generis etiam illa imago esse, quam legitimus in frustale, ubi iterum in praedicantis stilum incidit 35. 5 καὶ καιρὸς μὲν πάσιν δὲ τοῦ ἀγαθοῦ πόθος, τιγχάνει δὲ τοῦ ζητουμένου

οιδέν μᾶλλον ἄλλος ἄλλοι· ἀλλὰ ὥσπερ οἱ ἐν σκότῳ χρεσὸν καὶ ἀργιφῶν μαστεύοντες, ἀποροῦ ὅντες τοῦ τὸ θηρώμενον ἐλέγχοντος φέγγυος (sic emendavi e codicis φεγγύῳ), βρίσκει καὶ ἐπιστῆτον εἰκασίαν λαβόντες, περιείποντες ἄλλιδοις καὶ διαδάκτοντες οὗτε ἀγρέαται τολμῶσι, μή ἂρα ἔχωσιν, οὔτε παίσασθαι πονημένει μή, ἀρά οὐκ ἔχωσι· ἔνθα δὴ θόριψις καὶ στάσεις καὶ παραπλεύσεις καὶ φωναὶ ζητοίντων στενότεων διωκόντων ὁδιρομένον ἀρπαζόντων ἀφαιρουμένων· καὶ βιώσι μὲν πάντες . . . ὡς δῆτα ἐντευχημένες τῷ ἀγαθῷ, ἔχει δὲ οἰδεῖς, ὑπὸ δὲ ἀποστίας τὰ τοῦ πλησίον ξαστος (εὑ)ρίματα (sic emendavit de Wilamowitz) διερευνᾶται· cynicam quidem declamandi rationem redolent; quodsi nullam inveni quaecum comparari possit, non inde hoc explicandum est quod omnino cynica non fuit, sed inde potius, quod imaginum cynicarum per paucae tantum nobis servatae sunt. — Ex eodem sente denique ad eum pervenerunt sententiae quibus, itorum atque iterum lamentationes suas et declamationes exornavit (6. 3 νῦν δὲ καπηλείας πάντα μεστὰ καὶ ἐμπορίας per ironiam, 29. 6 νῦν δὲ πάντα μεστὰ πολέμου καὶ ἀδικίας, 11. 7 τί τοίνυν ἐστίν ὑπὲρ ὅτου κἄντες ἄν τις τοῖς θεοῖς, 35. 3 τὰ δημοτικὰ οὐχ ὀρᾶς, ὡς πᾶς ἀνίρ πανταχόθεν ἐπὶ ταύτῃ θεῖ, δὲ μὲν γῆς ἀπτόμενος, δὲ περὶ θάλατταν προγυματεύμενος εἴτε, 39. 3 νόμιζε διὸ καὶ τοῦ βίου ὥδον τινεῖναι μαραράν, 41. 3 η οὐχ ὀρᾶτε οὖσα τὰ δεινὰ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας κῆρας ἐμπεπτωκάτα περὶ γῆν στρέφεται). In omnibus hisce frustulis sententias invenies quales praedicatores primum cynici, tum illius temporis omnes proferebant, quales e nostris praedicatoribus iterum iterumque audias, quales semper profereat, dum populum magis magisque corruptum praedicando ad religionem — frustra quidem — reducero studebunt; sententias apud omnes easdem, non tamen ab alio aliū per scriptia quaedam mandatas, sed cum praeclari ingenii vir semel ex cogitaverit, ab omnibus acceptas, ab omnibus cognitas, posterioribus quibusque iam pueris traditas.

Restant cynica alias originis a Maximo usurpata; ea dico, quae e satiris oriunda ad posteriorum notitiam pervenerint. Notum est et iam dudum observatum exemplum illud, quod habemus in diss. vicesimae primae processio χαλεπὸν εἰρησίν ἀκριβῇ βίν, ὥσπερ καὶ ἄνθρω. ἄλλὰ παντὶ ἀνακέφαται ἔνδειά τις πρὸς τὸ ἀκρως καὶ τὸ

πλεονεκτεῖ ἔτερος ἐτέρου, διτρῷ ἀνὴρ ἀλάττω τὰ ἐνθέοντα ;· καὶ ἕδης
ἄν τὸν μὲν γεωργικὸν μακαρίζοντα τοὺς ἀστικοὺς, ὃς συνόντας
βίῳ χαρίεσται καὶ ἀνθιρῷ· τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκκλισιῶν καὶ τῶν
δικαιοστηρίων . . . ὁδιφοριέντων τὰ αὐτῶν καὶ εὐχοριέντων ἐπὶ σκα-
πάνῃ βιῶνται καὶ γηδίῳ σμικρῷ. ἀκούσῃ δὲ τοῦ μὲν στρατιωτικοῦ
τὸν εἰρητικὸν εἰδωμονίζοντος, τοῦ δὲ ἐν εἰρίγῃ τὸν στρατιωτικὸν
τεθηρόποτος· καὶ εἴ τι ; Θεῶν, ὡσπερ ἐν δράματι υποκριτὰς ἀπο-
δύσας ξυστον τοῦ παρόντος βίου μεταμφιέσει τὰ τοῦ πλησίον,
αὐτὸς ἀν δὲ τοῖς ἑκεῖνοι ποθίσονται μὲν τὰ πρότερα, ὁδιφοροῦνται
δὲ τὰ παρόντα. Quocum ita Heratius consentit (sat. I 1 o fortu-
nati mercatores, gravis annis miles ait, . . . contra mercator navem
iactantibus austri, militiast potior . . . agricolam laudat iuris legum-
que peritus sub galli cantum, consultor ubi ostia pulsat . . . ille datus
vadibus qui rure extractus in urbem est, solos felices viventes clamat in
urbe), ut antiquiores ab illo Horatium exscriptum esse putaverint. Quod
eum recte iam et Heinzius (de Horat. Bionis imit. p. 15) et alii
negandum esse dixerint (Crusius Rh. mus. n. s. 43 p. 465 Kiesling
ed. Hor.), non opus esset tangere nisi nuperrime Gerkius exstitisset,
qui ex uno Horatio Maximum sua sumpsisse affirmavit (Rh. m. n. s.
48 p. 42 sq.). Perlustremus igitur eius argumenta: iuris con-
sultam illum personificatum de suo Horatium tribus illis usu stabilitatis
mercatoris militis rustici exemplis addidisse dixit, quippe qui in altera
satirae parte non de μεμψιμοτερίᾳ sed de πλεονεξίᾳ locutus pro iuris
consulto non iam apto cauponem posuerit (p. 43). Paulò post autem
(p. 48) voluit Horatium in fonte quem in priore satirae parte con-
scribenda secutus esset, tres illos mercatorem militem agricolam in-
ventos etiam in altera parte retinuisse, quamquam haud idoneos, neque
quos sine ulla mutatione adhibere petuerit; videmus eum enim pro
mercatore nautam posuisse. Quid igitur? Horatium ab altera parte
adeo e fonte pendere credamus, ut exempla eius in sententiarum
conexum intruderet, ubi nullus iis locus esset, ab altera adeo libere
eodem ille fonte usum esse, ut exempla illie sine ulla fictione poetica
prolata ad Menippae satirae similitudinem plane de suo exornaverit? Mi-
nime id quidem probabile; sed neque Gerkii illa quippe non argu-
menta neque haec mea quippe nec re vera refutationem dilatemos;
audiamus ipsos aucteros: Horatianus ille miles cur e fortunati merca-

tores exclamavit? cur ille iuris peritus agricolum laudat, cur alias alium? quia molestias suae ipsius vitae alter aegre ferens ab alterius vita et studiis alienas putat; miles fractus membra labore describitar, mereor navem iactantibus austris, consultus consultor ubi ostia pulsat sub galli cantum, agricola datis vadibus in urbem extractus. Et cur apud Maximum? quia παντὶ ἐνδειά τις πρὸς τὸ ἄκρως καλὸν καὶ πλεονεκτεῖ ξερός ἐτέρου ὅτῳ ἀλλάττω τὰ ἐνδέοντα ἥ. Enī μεριψιμοιρίαν minus quam πλεονεξίαν illustratam; neque minoris hoc quam illud acuminis; illud Horatii magis humanum, magis poetice excoigitatum; solent enim poetae gesta singere si cogitata illustrare volunt; hoc magis eo colore tinctum quem solent poetico dictis inducere qui suam opinionem illis firmare studeant. Enī vides Horatium poetae cuiusdam fictione quippe ipsum poetam poetice usum, Maximum, quippe non ex ipso carmine sententiae illius notitiam, sed oī cynica iam iam populari traditione assecutum, summam sententiac invenimus prorsus neglecta fictione poetica qua exornata erat (ἱγεμόνες καὶ βασιλέες μακαρίζονται τὸν ἴδιον την, ὃ δὲ ἴδιώτης ὑφέγεται βασιλείης, ὃ πολιτεύμενος τὸν χειροτεχνεῦτα ὡς ἀκίνθινον, ὃ δὲ χειροτέχνης ἔκεινον ὡς ἐντοπεῖται κατὰ πάντων). — Similis satirae vestigia apparent in diss. quintae prooemio; audias ipsum: δεινόν γε, εἰ οἱ μὲν Θεοὶ διέχειν τοῖς ἀνθρώποις τάγαθὰ ἐκ τῆς τῶν κακῶν ὀμιλίας, ἀνεπίκεκτον ἔκατερν ἔκατέριψιν εἶναι θέμενοι . . . οἱ δὲ ἀνθρώποι αὐτοὶ ἐκόπτεις, εὐδαιμόνια διώκοντες δίον, καταμηγνύονται αὐτῷ δυστιχίας· καν τεις θεῶν αὐτοῖς συγχωρίσῃ ξῖν δί' ἵμέρας ἐν φωτὶ λαμπρῷ, ἀπῆπε καὶ ἀδεεῖς (cod. ἀντικρι καὶ ἀδεεῖ) τῆς ἐν νεκτὶ ἀναπαύλῃς ἀχθοντο τῷ ἡλίῳ μηδέποτε ἐξισταμένῳ μηδὲ εἰς τὸ παλίσιουν παραχωροῦντι, sententia qualis satiram decet et forma (si quis deus) qua amabant satiras concludere (cf. Heinze l. a. p. 17); non ipsum autem sententiam hanc excoigitasse atque formula, quam ex altera illa satira fortasse cognitam habebat exornasse, inde sequitur quod ad ipsam rem non facit; prooemii enim haec est sententia: propter malitiam homines cum bonis malum coniungunt neque purum bonum, si deus dedisset, perfserre omnino possent sicut Phaedri ranea modo regem

potentes e Iove, modo missum respuerunt; sibi proposuit autem ostendere, felicitati non credere nisi infortunis firmatae utile esse; nil de malitia hominum, nil de malis, quae proprio ethica volebant philosophi; de περιστάσεσι agit et quem usum ex iis capere possint; sed altera ex parte dicendum est, ad eam Maximum non productum esse, nisi philosophi eius aetatis in suum usum talia accepissent; ex ipso auctore Maximum eam hausisse nil est unde effici possit.

VII. Quamquam e trivio plerumque petita sunt, quae apud Maximum legimus nec certi auctoris vestigia neque in Platonico ab eo expositis neque in illis quae popularis philosophiae intra fines sita sunt, detegere potuimus, tamen cum curiositate quadam suae aetatis scriptores praeclarissimos saltem leguisse cum statuendum est. Libellum cuius Aristotelem ferebant auctorem de mundo conscriptum Maximo notam fuisse iam Zellerus observavit (phil. gr. hist. III 2 p. 205 Berliner Sitzungsberichte 1885 p. 400), atque singulis collatis firmare studuit; et recte quidem, quamquam in eo — siquidem id voluit — non possum vire doctissimo adstipulari, quod ante oculos Maximo putavit hunc librum fuisse cum septimam decimam de deo Platonico orationem conserberet; nam primum negandum est Maximo ad orationes suas cotidiana præparatione aut scriptura e qua recitaret antea confecta omnino opus fuisse, quippe quem e tempore omnia loqui solitum esse viderimus. Tum autem non solum in septima decima oratione quedam illinc sumpta existant, sed ubique fore dispersa inveniuntur¹⁾ atque inveniuntur in his quaedam ad aliam rem illustrandam

1) *Velut deum mundum servare dñnam eiātrūt̄m usum* (Max. 21. 6 cf. 41. 2 Ps. Arist. 6 οὐτὴ μὲν γέρ ὅντες ἀκάντων . . . οὐ μὴ ἐκπόνου ζώου κάματον ὑπομένουν ἀλλὰ δυνάμει χράμενος ἀγρύτ̄μ) aut Iovis cognomine ὑέτιος ἐπικάρπιος γενῶδιος πατρός φυτάλμιος 41. 2 e copiose illa nominum enumeratione αἰστρατεῖος βροντεῖος αἴθριος κεραύνος ὑέτιος ἐπικάρπιος ταλαιπόνος γενῶδιος ἔρκενος ἐμβύγιος πάτριος ἐπιφερος φύλιος ἔνιος στράτιος τροκαιούχος καθάρσιος ταλαιμνεῖος ιεδίσιος μειλίχιος οὐτῆρος Διευθέριος οὐράνιος χάρονος quae sive e poesi sive e populari fide oriunda primus e sua sententia interpretatione Chrysippus composuit (cf. fragmentum eius apud Gerekius Chrys. 14) unde in stoicorum dogmata recepta partim recta via ad Cornutum (epidr. cap. 9) Ciceronem (de fin. III 20. 66 salutarem hospitalem statorem) Senecam (de benef. IV 7) Epictetum (I 22. 16) Aristotelem personatum (cap. 7), partim ipso hoc ps. Aristotele auctore in popularem philosophiam deflexit (ex. gr. ad Dionem I 29 XII 75 Maximum 41. 2 Lectionem

atque in illo libro a Maximo adhibita velut imperatori cum infinitis militibus rem non esse, sed interpositas esse multas singulas singulis inferioribus, ita ut paulatim ad eos descendentes quae ille insinuerit; qua similitudine Pa. Aristoteles usus est ut unius iussu et voluntate omnia, etiam maxime ab eo remota regi ostenderet (*ὅπερ δὲ καρδιῆς* sq. cap. 6), Maximus autem nescio qua cogitatione ductus ut virtutem et θεωρητικήν et πρακτικήν i. e. corporis et animae una esse operato doceret 33. 7; aut imago illa ἀσπερ δρῶσιν οἱ μεγαλότεχνοι διὰ μῖσθος ὁργάνου σχαστιχίας πολλὰς καὶ ποκίλας ἐνεργειας ἀποτελοῦνται, qua Maximus divinationem illustrare posse sibi vinas est 19. 3. Memoriae igitur Maximi illa adeo infixa erant, ut praestarent, ubicumque de simili arguento loquenti ei recordatio resurrexit; sed hinc non sequitur mente illa re vera Maximum percipuisse sic ut percipimus quibus familiariter utimur; imo non philosophi haec est ratio ea aut explicantis aut provehentis de quibus diu cogitaverit, sed rhetoris liberis iis usi quae lecta aliquande in rhetorican suam locorum (*τόπων*) copiam receperit.

Alium auctorem stoicum, iterum incertum securus est in iis quae de referenda iniuria protulit (orat. 18); habemus ad quem omnia haec referre possimus Senecae dialogum secundum, neque iniuriam neque contumeliam sapientem accipere inscriptum; statim syllogismi quo Maximus utitur ἀδεκά ἐστιν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ· τὸ δὲ ἀγαθὸν τι ἀντὶ εἰη ἄλλο ἢ ἀρετὴ; ἢ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρεται. οὐκ ἀδεκά, σέτεν τοίνυν δὲ τι, ἀρετὴν ἔχων (18. 2) similem videmus rationacionem apud illum II 5. 4 (omnis iniuria diminutio eius est, in quem incurrit nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliisque detimento vel dignitatis vel corporis vel rerum extra nos positarum; sapiens autem nil perdere potest . . . unius enim in possessione virtutis est ex qua depelli nunquam potent . . . quodsi iniuria nil laedere potest ex his quae propria sapientis sunt, quia virtute sua salva sunt, iniuria sapienti non potest fieri), e qua ad eandem summam rem ille preduxit atque suam ex illo syllogismo Maximus (iniuria in bonos nisi a malis non temptatur, bonis inter se pax est, mali tam bonis pernicioxi quam

(Tim. § 1 per locum) Aristidem rhetorem (orat. I p. 11 Dind.) Themistium (V 66 c IX 126 c) Iulianum (fragm. op. 291 b sq.).

inter se II 7. 2 οὐκ ἀδικεῖται ἡ χρηστὸς οὐτε (ἴπο τοῦ χρηστοῦ· ἀνεπιβούλευτος γὰρ αὐτοῦ ἐ ἀρετή, οὐτε) ἵπο τοῦ μοχθηροῦ· ἀφαιρέστης γὰρ²⁾). Ex eadem porro cogitandi ratione exorta sunt apud Maximum verba μήποτε οὐ κατὰ τὴν ἀφαιρέσιν τοῦ πάσχοντος ἡ ἀδικία τέτακται, ἀλλὰ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ δράσαντος· καὶ δὲ μοχθηρὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ ἀδικεῖται, καὶ μὴ ἔχη τὸ ἀγαθόν· καὶ ἡ χρηστὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ, καὶ ἔχη μὴ ἀφαιρέστορ τὸ ἀγαθόν (18. 3) atque Senecae: non minus latro est cuius telum opposita veste elusum est omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpas satis est, perfecta sunt (II 75), quamquam forma paululum mutata; uterque præterea voluit inferiores esse males sapienti, ita ut re vera hic laedi non possit (ἢ μοχθηρὸς . . βουλήμενος . . πρὸς τὸν ὅμοιον ἀποτείνεται ἢ πρὸς τὸν κρείττονα· τί δὲ τῷ κρείττονι δραστέον sq. 18. 5 cf. Seneca II 11. 3: simul illud cogitat omnes inferiores esse quam ut illis audacia sit tanta excelsiora despiceret [et 12. 3]), uterquo denique contra adversarios quosdam sese vertit qui steiciis quaedam obiecerint (cf. Max. 18. 10 ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φαίη ἂν τις, δὲ δίκαιος ἀνὴρ προπηλακίζεται καὶ συκοφαγεῖται καὶ διώκεται καὶ χρίματα ἀφαιρεῖται sq. Seneca 15. 1 desinere itaque dicere non accipiet ergo sapiens iniuriam si caedetur si oculus ei eruetur sq.). Cum igitur omnia haec argumenta satis apta prorsus contra Maximi censuetudinem explicata sint, neque præter ea in oratione inveniaantur nisi quae aliunde cognita e memoria immiscuit (velut Platonicum illud καθόλου δὲ εἰ τὴ ἀδικεῖται πονηρὸν καὶ τὸ ἀνταδικεῖται δροιον 18. 5), o scripto quodam libro haec, non e scholarum traditione aut institutione ad eum pervenisse appetat; quem tamen non ante oculos habuisse cum haec diceret, sed nescio que tempore lectum memoriae mandasse atque singula tenuisse, eorum memor, quae de compositione Maximi supra exposui, sponte intellegitur.

Sed et certum possumus nobisque servatum auctorem, Dionem Chrysostomum dice, a Maxime lectum esse evincere. In oratione tri-

2) Hoc vel simile supplicium esse collatio eiusdem verbis καλεοῦσι οἱ δικαιοὶ τοὺς δυνατοὺς οὐθεμάτις· τοιοὶ γάρ τεις· γνώματις . . . καλεοῦσι οὐν οἱ ἄδικοι τῷ τοῖς δυνατοῖς τῷ τοῖς ἔμοισι· ἁπέσαι γάρ καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς δραστέον 30. 2 intelligitur.

cessima sexta enim de Diogene cynico haec pre tulit, quibus Diogenes ex sexta eius oratione statim adscribam:

αὐτὸς δὲ *seil.* Diogenes βασιλέως ἀρόβου καὶ Λευκέρου [videtur scribens- dum esse βασιλέως ἄρρενος καὶ Λευ- κέραν διείπειν δ. εἰ.], διείπειν διαιτά- μενος εὐκάρπτων ὃν χειμῶνι Ιερου- λαΐους αὐδὲ Μῆδοις ἐνοχλέων ὥρᾳ Κέ- ρους, ἀλλ' ἐν τῇς Ἀττικής ἐκτὸν Ἰο- μόν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούδαιον ἐκτὴ τῇς Ἀττικήν αὐτῆς ὅμοι ταῖς ὥραις μετανοτάμενος

Βασίλεια δ' ήν αὐτῷ τὰ τε λεπά καὶ
τὰ γυμνάσια καὶ τὰ ἄλλα

καὶ φίλος τὸν καὶ συνήγορος τῷ ἀλτρῳ ὥσ-
περ αἱ λέμοντες

καὶ οὐκ ἀπεδίδρασκε τὰς ὥρας τοῦ
Διὸς. οὐδὲ ἀντεμπυγανάτο αὐτῷ

ἀλλ' οὐτας ἄφα δύάς τὴν τοῦ κατ-
τὸς φύσει, ὥστε ἐκ τοιωτῆς διαιτής ὑγι-
εινός τε τὴν καὶ ἰσχυρός καὶ κατεγήρα-
εις τὸ ἀκρότατον μηδὲν φαρμάκων δε-
νῆσεις μὴ σιδήρου μὴ πυρός μὴ Χείρω-
νος μὴ Ἀσκληπιου· μὴ Ἀσκληπιαδῶν μὴ
μάντεων μαντευομένων μὴ λερών καθαι-
ρόντων μὴ γοτίων ἐπαδόντων

πολεμουμένης δὲ τῆς Ἑλλάδος . . . ἐκεχειρίαν τὴς μόνος ἐν ὥπλισμένοις δοκλος, ἐν μαχομένοις ἵντονδος πᾶσι· ἀπέγοντο δὲ αὐτοῦ καὶ οἱ ἄδεικοι εἰ.

Nulla in his sunt, quae genuinam cynicam originem apud Maximum melius ostendant quam apud Dionem, multa autem multe magis rhetorica et obscurata atque ab acumine cynico abalienata; si quae praeter ea apud Maximum apparent cynica velut Diogenis comparatio cum leonibus (cf. Cynicus 15 [547] Dio VIII 30), non est cur eum aliunde ei nota non potuisse hisce inimiscere affirmemus; etiam alia, velut Diogenem circumuisse spectatorem et castigatorem hominum (περιήγη τὴν γῆν ἄφετος cf. ἄφετος παντὸς τοῦ δαιροῦ ἐνέμετο πάσαν τὴν γῆν 3. 9 Cynicus § 15 (547) vel omnibus hominum studiis et rationibus irrisuisse ἀπάντων τῶν ἀρδεῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων κατεγέλα cf. 3. 9 Diogenis ep. 47 (Herch. 257) de tropo σπουδογελοίῳ

οίκιας δὲ τὰς καλλοτάς καὶ τὰς ὑγιε-
νοτάτας ἔχειν τὰ τε ιερά καὶ τὰ γυμνάσια
(6. 14)

τοῦ ἀέρος τὸνείχετο δραδίως ἐπειδὴ συ-
γκένης αὐτῷ γενόμενος

καὶ εὐφραίνετο Ἰάρων προσιόντες, οὐκ
ἔγνωτο δὲ πανουμένου (§ 9)

de hominibus . . . μηδὲ εἰς γῆρας ἀφυπνίεσθαι, ζῆν δὲ νοσημάτων γέμουσας τὴν δὲ γῆν αὐτοῖς μὴ ἔμφρενι καρδέοντας φάρμακα, δεῖσθαι δὲ καὶ εὐθύνειν καὶ πυρός· καὶ μήτε Χείρων μήτε Ἀσκάληπιον μήτε τῶν Ἀσκληπιεῖν λαμβάνειν μηδὲν ὄφελος είναι μηδὲ μάτεται μετατομένην μηδὲ ιεράνην καθευόστην (23/4)

βαδίζω δποι βουλόμεται καὶ διὰ στρατο-
πέδων παρενόμενος ἄγειν επριεῖσιν καὶ
διὰ ληστῶν· οὐδεὶς γάρ ἐμοὶ ταῦτα
οὐδὲ ἔνθρος ἔστι βαδίζοντι (§ 60)

cf. Cynicus 551 Norden Fleck. ann. suppl. 18. 313 adn. 4), certe cynica, sive e vulgari traditione sive e philosophia populari ei nota, apud Dionem non extant. Possit quidem, cum Dio certe distribam quandam Diogenis ipsius nomine editam exscriperit — id quod verba eius tamquam ipsius loquentis oratione q. d. obliqua non numquam prolati docent — obicore, etiam Maximum eundem fontem adiisse. Sed idem atque hic in secunda quoque paragrapho observari potest, ubi inter antitheta quae multa finxit, quaedam e cynica popularis philosophiae parte (cf. cap. VI p. 84 huius op.) quaedam e Dionis sumpta protulit:

δεδιότες μὲν ἐνδειν, πληρωθῆναι δὲ καὶ μάλιστα δεδιότες μή ποτε αὐτοὺς ἐπιλέπῃ τὰ ἀναγκαῖα Dio 34

εὐλαβόνυμενοι μὲν νόσους, τῶν δὲ νοσερῶν οὐκ ἀπεκρίμενοι φοβουμενοι δὲ νόσους, τῶν δὲ νοσερῶν ἀπέχεσθαι μή δυνάμενοι 35

ὑποκτεύοντες μὲν ἀλλήλους (οὐδ. ἄλλους), ἐπιβουλεύοντες δὲ τοὺς πλησίους⁹⁾ ἀπαντας ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοντας (36)

διειποιοῦντες μὲν τὸν πόλεμον, διειποιοῦντες δὲ τὸν πόλιον μένος φοβερούται μὲν τοὺς ἀνόπλους, πιστεύει δὲ αὐτὸν τοὺς ἀπλούστας (de rege § 35)

μακαρίζοντες τοὺς τεθηκότας, γλυκό- ζῶσι δὲ πολὺ ἀηδότερον τῶν τεθη- μενοι τοῦ ζῆν, μισοῦτες τὸ ζῆν, φοβόν- νται τὸν θάνατον . . . δε- δοίκασι 47

προβεβλημένοι τοὺς πολέμους, εἰρήνην μηδέποτε δὲ ήσυχαν ἔγειν δυνάμενοι 36 εἰ. πολέμου δντος εἰρήνης ἡρώις, εἰ- ρήνης δὲ γενομένης μηχανεσθαι πόλε- μον 51

Dubio certius autem Dionis Maximum memoria tenuisse, dictum illud ἔφη δὲ τοὺς πλουσίοις δμοίους εἰναι τοῖς νεογνοῖς βρέφεσι· δεῖσθαι γὰρ ἀστ ποτε σπαργάνων (Dio 15) ita apud Maximum οὐ- ουρατον περιβάλλοντες αὐτοῖς ἔρχη . . . καὶ τὰ σώματα σπαργά- νοις μαλαθηκοῖς καθειλίξαντες (36. 2) ut e memoria tantum loquenti accidere solet demonstrat. Videmus igitur etiam hic prorsus e con- suetudine sua quandam de qua dicere rem sibi proposuisse atque de sue arbitrio materiam dispesuisse — artificium enim illud φέρει δέξιατέρων ἴμετω τις ἡμῖν ἀνήρ ἐπὶ διαιτητὴν τὸν λόγον· δ δέ αὐτῷ δέξαθω ἐκάτερον εἰ. (36. 3) ipius Maximi est quippe uti

9) Ood. πλείστοις quod coll. Hipp. op. φιλονεκούντες ἔχοντες ἀλλήλους et Diog. op. 38 ἀλλήλους φιλονεκούντες μηταρδον εουσι.

talibus scitum — argumenta autem ex iis quae memoriae mandata secum ferebat prout apta videbantur sibi deduxisse; inter quae hic Dionaea esse non nisi casu factum est, quippe cuius scilicet clarissimi illius aetatis auctoris scripta post mortem statim edita uti par est etiam Maximus evolverit penitusque periegerit. Accedit qui huic conjecturae faveat alter locus Maximi in sexta oratione ubi de hominum κακίᾳ declamitans dixit ὅμει . . . σιγγενεῖς καὶ συγεστίνες πολεμίους, πάντας πᾶσιν ἐπιτιθεμένους, τοὺς ἐπὸ τὸν αἰτῶν ἥμιον καὶ τὸν αὐτὸν αἰθέρα καὶ τὸν αὐτὸν νόμον, καὶ τὴν αὐτὴν φωνὴν ιέντας, καὶ τὴν αὐτὴν γῆν νεμομένους, καὶ καρποὺς τοὺς αἴτους σιτομένους καὶ μιστίφρα τὰ αἰτὰ τελομένους· οὓς περιβάλλει τεῖχος ἐν καὶ πόλις μία, πολεμοῦντας σπενδομένους δύμνύντας ἐπιφρούντας, συντιθεμένους μετατιθεμένους καὶ προφάσεις μικρὰς μεγίστων κακῶν (§ 5), quae plane eadem fere sunt atque quae Dio protulit in similissimo declamationis frustulo 74. 3 πρὸς δὲ τὸν συμπολιτευομένους καὶ τὸν αὐτὸν κοινωνῶντας ιερῶν καὶ θυσιῶν καὶ γάμων καὶ φυλέτρας ὄντας ἀλλήλων καὶ δημότας καὶ συγγενεῖς τὰ δικαστίφρα καὶ τὸς νόμους καὶ τὰ ἀρχεῖα. καὶ ταῦτα πένθητε ἡρεμεῖ. μεσταὶ γοῦν αἱ πόλεις ἀεὶ κατιγοροῦντων ἀπολογουμένων, δικαζόντων δικαζομένων, καὶ πόδε ἐν ταῖς ιερομηνίαις ἡ ταῖς σπονδαῖς ἀλλήλων ἀπέχεσθαι δίκασται· τιθενται οὖν ἐτέφους νόμους ἵπερ τῶν ἀδικημάτων τῶν ἐν ταῖς ἱερταῖς καὶ τούτους ιεροὺς καλοῦντιν, ὕσπερ τὸ ὅντιμα ὥρελον· ἡ γὰρ τῆς κακίας πόλεμος διηγεῖται ἀπασι πρὸς ἔπαντας, ἀπονδος ὦν καὶ ἀκίρικτος. videmus apud utrumque inconstantiam hominum et ἀτιστίαν petitam, quae donec remaneat, inutiles esse festos dies omnis generis inter homines; cum autem etiam πόλεμον illud ipsius κακίας apud Maximum redire inveniamus (6. 8 ἔως δὲ ἔπονθος καὶ ἀκίρυκτος ὁ ἐν ψιχῇ πόλεμος, ἄφιλος ἡ ψιχὴ μένει, ἐχθρὰ, σκυδρωπή) et φράσιν illam τὸ δὲ τὸν ἥμιον βλέπειν τὸν αὐτὸν καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τρέφεσθαι γῆς (Dio § 26) plane eandem quamquam alio eontra Maximum adhibuisse viderimus, Dionem penitus novisse et unum alterumve eius dictum vel pronuntiatum memoriae mandatum in mentem ei venisse elucet.

Index locorum.

Tractatur	pag.		pag.
Actius (Diels p. 304)	45	Himerius sophista orat. I p. 40	58 adn. 2
Albinus introductio in Plat.	89 sq.	Horatius sat. I 1	88 sq.
cap. 10	51	Iamblichus protrepticus	55
,, 12	42. 43	Iulianus orat. II	66 sq.
,, 15	54	§ 90	59 sq.
,, 25	50	IV 142 d	41
,, 27/38	46	Maximus Tyrius orat. 2. 4	17
,, 29	47	4. 7	88
,, 30	48	5. 1	89
,, 38	44	6. 1	95
Apuleius de doce Socratis	54 sq.	2. 6	68
,, de dogm. Platonis	49 sq.	7. 1	86
libr. I cap. 7	42	8. 10	41
,, 8	43	9. 1	21
,, II n. 6	47	7	86
,, 11	48	10	20
,, 18/14	49	11. 4. 5	82
Aristoteles eth. Nicomach. 1155b 18 sq.	63	12. 2	82
[Aristotelis] de mundo	90 sq.	3 11 adn. 8	
Cicero de nat. deor. II 158 sq.	76	4	51
Laelius 10. 88 sq.	63	14/15	54 sq.
Chrysippus (apud Gellium n. Att.		15. 8	44
VII 1. 8)	58	6	17
Die Chrysostomus orat. III 95	63	16. 8	50
καὶ βαύλεις (II et IV)	66	4	89
orat. VI	98 sq.	6	17
Diogenes Laertius III 86. 70	42	9	17
78	43	17	90
78	48	5	65
Epietetus dies. II 22. 10	64	7	51
Hierocles (ap. Stobaeum oel. II 181)	60	11	50

pag.	pag.
<i>Maximus Tyrus</i> orat. 17. 12	45
18. 3—5	91 sq.
50 adn. 8	
5	28
19	80 sq.
7	23
20. 1	64
21. 1	87 sq.
4	53
21/22	10 adn. 5
22. 4	66
24. 5	86
25. 4	69
26. 2	69
6	17
26/27	87
29. 1	66
30. 4	68
32	78 sq.
32	20
33. 7	82
9	47. 48
35. 5	86
36. 3	98 cf. 84
5	98 sq.
37. 3	87
38. 6	41. 61
41	26
3	53
4	58
41. 5	10 adn. 7
<i>Origenes c. Celsum</i> 168	41
<i>Origenes c. Celsum</i> 215	75
<i>Philo de animalibus</i>	70 sq.
de praeem. et poen. 11	61
de providentia II 82	89 sq.
<i>Philemonius de pietate</i>	79
<i>Plato leges d.</i> 709 d	35
<i>Lysis</i> 214 b	65
<i>Phaedrus</i> 243 d	87
<i>res publ. VI</i> 288	56
VII 588	58
<i>sympo. 202 e</i>	59
<i>Plutarchus de adu'nat. et amic.</i> 2	64
de defectu oracul. 18	54
[de edictat. liber. 4]	47
[epitome (<i>Dicte 206</i>)]	42
de fortuna	74 sq.
[de fortuna Alexandri] 18	15
adn. 15	
de genio Socratis 24	85
de sollicit. animal.	71 sq.
de stolice. repugn. 33 59 adn. 8	85
[de vita et poen. Homeri 8—14]	78
144	47
<i>Porphyrius de abstinentia III</i>	71 sq.
<i>Sallustius Neoplatonicus</i> cap. 5	40. 41
" 10	58
<i>Seneca dial. II</i>	91
<i>epistola 41</i>	61
72. 16	61
<i>Sextus Empiricus hypot. A</i>	70 sq.
<i>Zenonis epistola</i>	47

<i>Emendabantur a me</i>		<i>pag.</i>
<i>Maximi erat.</i>	5. 1	89
	7. 7	2 adn. 2
	8	8 adn. 6
	12. 4	22 adn. 10
	18. 3	92
	19. 4	80
	26. 8	25
	34. 2	12 adn. 10
	35. 5	87

	pag.
Maximi orat. 36. 2	94
5	98
37. 8	27, adn.
38. 6	41
38. 7	18
Seis uti benigne de Wilamowitz michi permisit is orat. 35. 5 . .	87
38. 6 . .	41

Index potiorum rerum.

pag.		pag.	
Agamemnon optimi regis exemplum	66	divinationis duo genera	80
agriculturae lanae	67	Elementa quatuor	44
amicitia: consensu constat	49	corum pugna	79
κατὰ τὴν χρέων	68	Homeri interpretatio stoica	77 sq.
ἰσότης τρόπου	65	homo a stirpe (nec malus nec bonus) .	48
eius exempla	64	Iuppiter cīμαρμēν intelligendus . . .	79
amor Sapphus	4 adn. 9	eius epitheta	90 adn. 1
qui sit in populari philosophia	69	Materiae πάθος	59
tria eius genera secundum Plat.	49	e Platonis sententia	42
anima a corpore soluta daemon sit	56	μετρικάδιτα	48
tripartita	53	Minerva φρόνησις	79
eius recordatio	50	μοῖραι nomine cīμαρμēνης	83 adn. 9
eius ἔξουσια causa malorum	58	mundus quid sit e Plat. sent.	48 sq.
antitheta cynica	84. 94	Philosophia ἐκποτήμη θεῶν καὶ ἀν-	
rhetorica	65	δρωπίνων	59
Apollo ἥλιος sec. stoicos	79	ἐκποτήμη ἐκποτημάν	82
ἀπόρει de Ulixe	80 et adn. 8	Rerum tria initia	40
αὐτοχθοδόσματα	19. 23	Satirarum cynicarum ap. Max. vestigia	87 sq.
ars naturae imitatio	82	similitudines cynicas	85. 86. 87
Blos Θεωρητικός, πράκτυνός	53	Socrates	84
bona humana et divisa	46	veras philosophiae princeps	77
Codicium inscriptio	15 adn. 19	eius: accusator Anytus	85
cynicas sedentias	83. 84. 87	magistri	85
Carmen de animalibus do-		dictum in iudice	83
ceruit	74 sq.	Theologia Platonica	45
Daemones	54	Virtus: ἔξομολώσις θεῶν	46
deus Platonicus	41	ei accedere debent natura	
palcher	50	et educatione	46
omnium creator	33	et vitium	61
νοῦς πάντα νοῦν καὶ ἄρια καὶ		eius: πράκτυν	46
δὲτ	51	: quatuor genera	47
λόγος ὄρθιός	82	Voluptas θελεῖρ κακῶν	81
eius motitia ex operibus ac-			
cipitur	83		

E hypothetae erroribus, qui me fugerunt, graviores non debet
silentio praetermittere hosce:

pag.	8 lin. 11: possent leg. possiat	
"	8 adv. 5 lin. 3: διηρευμένων leg. διηρεύμένων	
"	16 lin. 9: vestigia, quidem	leg. vestigia quidem
"	18 " 9: ἀρχαῖον	" ἀρχαιόν
"	21 adv. 7 lin. 4: respondit	" respondet
"	24 adv. 15 lin. 1: εἰκαζόντων	" εἰκαζόστων
"	28 lin. 18: τύκον	" τύκον
"	29 " 21: σίνε Stoicam	" σίνε
"	28: θεός	" θεός
"	29: sentit	" sentit
"	30 adv. 8 lin. 15: cap. VIII	" cap. VII
"	32 lin. 23: alia et	" alia; et
"	41 " 1: αὐτία	" αὐτίας
"	47 " 18: τὰ δὲ εἴδη αὐτής λογικαὶ	" τὰ δὲ ε. αὐτής εἰ πλοικαὶ
"	48 " 27: ad eorum	" ad eorum
"	58 " 16: rarus	" rarus
"	75 " 2: unus est ut, deos	" u. est, ut d.
"	81 " 16: Pherecydon	" Pherecydon
"	91 " 16: liberis	" liberis.

(Ex me omissee, ubi litterae aut partes litterarum deficitant, cum posteaquam corrixi, nescio quo casu exortum sit, nulli offendere, sed ipso, lector, inter legendum queso suppicias.)

VITA AUCTORIS.

Natus sum Henricus Constantinus Hermannus Hobein die 28. mens. Febr. a. h. saec. LXXI. in urbe, quam nostra lingua vocant Osterode, prope a silva Hercynia sita, patre Augusto, matre Agnes, e gente Frederking, quorum ille praematura morte mihi creptus est, hac adhuc superstite magnopere gaudeo. Fidei adictus sum evangelicae. Litterarum rudimentis in schola quadam privata urbis Clausthal appellatae imbutus a. h. s. LXXIX. gymnasium ibidem frequentare coepi; tum Susatum Guestphaliae transgressus inde ab anno h. s. LXXXIII. archigymnasium q. d. Susatense frequentavi. Maturitatis testimonio instructus anno LXXXX aliae matris Gottingensis inter cives receptus per novies sex menses studiis philologicis incubui. Docuerunt me viri docti Baumann Dilthey Dziatzko Gercke Henking Heyne Leo G. E. Mueller Peipers Roethe Sauppe (†) de Wilamowitz-Moellendorf.

Regii philologorum proseminali sodalis fui per duo semestria, seminarii per tria sodalis ordinarius, per quartum senior, proseminali germanici per duo semestria sodalis, seminarii per idem tempus sodalis ordinarius, per duo semestria senior. Ad exercitationes suas epigraphicas de Wilamowitz, philologicas de Wilamowitz, Leo, archaeologicas Dilthey, palaeographicas Dziatzko benigne me admiserunt. Quibus viris omnibus gratias refero quam maximas, prae ceteris vero Udalrico de Wilamowitz-Moellendorf et Gustavo Roethe, quorum quanta inde a studiorum initiosis erga me fuerit benevolentia et liberalitas, nemo nisi equidem possum aestimare, quibusque plium et gratum animum semper servabo atque retinebo.

A FINE IS INCURRED IF THIS BOOK IS
NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON
OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED
BELOW.

473460
17675H

Acme

Bookbinding Co., Inc.
300 Summer Street
Boston, Mass. 02210

THE BORROWER WILL BE CHARGED
THE COST OF OVERDUE NOTIFICATION
IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO
THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST
DATE STAMPED BELOW.

BOOK DUE-WID

5646909

JUN 3 1978

CANCELLED

AUG 26 1977

WIDENED

BOOK DUE

FEB 20 1981

6978194

WIDENED

BOOK DUE

MAR 11 1981

7042624

CANCELLED

JUL

n 19.65

Maximo Tyrio quaestiones philolo
idener Library 001948026



3 2044 085 139 707